Postq̄ assignauit diffinitionem aie que ē sicut cōclusio demonstratōnis. hic intendit inuestigare aliā diffinitōem aie q̄ ē sicut principiū demonstrationis. Et intēdit demonstrare prīmā p scđam. Primo ponit intentū. Secundo exequit̄ hoc ibi Dicam? igit̄ t̄c. Primo ostendit modū pcedēdi. Et dicit q̄ q̄ sic ē q̄ ex incertis fīm naturā et tñ ex notiorib⁹ quo ad nos fit aliqd certius qd̄ certum ē fīm naturā. t̄ fīm se notius. Ideo sic ē aggrediedū ad demonstradū vna diffinitionē p alia. Circa qd̄ sciendū q̄ oīs demonstratio dī fieri ex notiorib⁹. Sz hoc cōtingit dupl̄r. Quia qdā ē ex notiorib⁹ fīm naturā sic demonstratio ppter qd̄ q̄ pcedit p causam. Quedā ex notiorib⁹ q̄ ad nos sic demonstratio pcedens p effectus. In qbusdā aut̄ sc̄ mathematicis eadē sunt nobis nota et nature. In phisicis aut̄ cause sunt simpli et fīm naturā notiores. Effectus aut̄ notiores quo ad nos. et ideo a certiorib⁹ q̄ ad nos. incertiora q̄ ad naturā pcedendū ē. Quia aut̄ Aresto. intendit hic vt̄ demonstratōe. q̄ demonstrādo primā diffinitionē p scđam in q̄ ponūt viuere sentire t̄c. que sunt effect⁹. sic bñ dī in textu a certiorib⁹ q̄ ad nos ad certiora quo ad naturā. Si enī loquimur de demonstratōe q̄ tenet p causaz tūc pma demonstrat̄ secundā. Luc pnt̄ ondit quō differēter dant̄ demonstratōes. Et dicit q̄ aliq̄ demonstratōnes dant̄ p diffinitōnes q̄ nō dicunt causam. Aliae sunt q̄ dant̄ p diffinitōnes q̄ dicunt causam. Et ponit exēplū mathematicale de tetragonisimo. Tetragonismus h̄z duas diffinitōnes. Prīa ē q̄ ē orthogonii equilaterale. Et illa dat̄ p effect⁹. Alia ē data p cām. vt tetragonum ē medie linee inūctio. Et ponit hic istud exēplū. q̄ sicut vna diffinitione tetragonisimi demonstrat̄ aliā. ita vna diffinitione aie demonstrat̄ aliā

Querit Quo sedā diffinitio tetragonismi  
dicit cām prie qū dī tetragonūm' ē orthogoni

um equilaterale. i. h̄is q̄ttuor latera equalia; vel eōlis longitudinē. et est orthogonū idē qd̄ q̄dratū. Pro quo sc̄idū q̄ duplex ē quadratū equilaterale. vñ ē vbi oīa latera sunt equalia. Alia ē q̄dratū altera pte longius vbi sez̄ duo latero sunt longiora. et alia duo minora. sicut ptz de mēsa. Poteſt ergo oīdi q̄ q̄dratū equilaterale ē eq̄le ad quadratū qd̄ caltera pte longius p vñ mediuī lcz p cām. vt inueniēdo mediā linea am inueniū q̄ ſup̄ficies illaz figuraz sūt eq̄les. qz tetragonisimi erunt ſex pedū fm̄ mensurā. et latera q̄drati altera pte longioris ſic ſe habebūt q̄ linee longiores erūt nouē pedū et breuiores erūt q̄ttuor peduz. d̄z enī media linea iueniri inter nouē et q̄ttuor. Et notū eſt q̄ illud mediuī ē ſex. qz ſicut ſe h̄it nouē ad ſex. ita q̄ttuor ad ſer fm̄ pportōem ſe q̄alterā. et fm̄ illaz pportionē ē eq̄litas nō aut fm̄ excessum. qz ſi illi numeri in ſe ducant̄ ſit eq̄litas in numero ac ceptō p m̄ltiplicatōem. vt ſexies ſex et q̄ter nouē

Arguit Dicitur est q̄ scđa diffinitio aīe de-  
monstrat p̄mā a posteriori. S̄z scđa diffini-  
tio tetragonisimi demonstrat primā a priori. ḡ  
istud exemplū nō ē cōueniēs. Dōm q̄ non  
oportet in exemplis esse omnimodā similitudi-  
nem. Et ideo sufficit sicut vna diffinitio tetra-  
gonisimi demonstrat aliā. ita vna diffinitio aīe  
demonstrat aliā. S̄z in modo demonstrādi est  
differētia. qz scđa diffinitio tetragonisimi demo-  
strat primā a priori. Sed scđa diffinitio aīe de-  
monstrat primā a posteriori.

**Dicimus igit̄ pri-**

Postq̄ ph̄ s posuit intentionē suā . hic iā p̄seq̄  
ē. Et intendit ponere demonstratōnē p̄ qua  
scđa diffinitō demonstrat primā p̄ sequētia duo  
capitula. Et intendit talē demonstrationē. Id  
qd̄ ē principiū viuēdi est act⁹ corpor⁹ viuentiū  
Sed aīa est principiū viuendi. ergo ē act⁹ cor  
por⁹ viuentiū. Et in ista rōne sic pcedit. qz pri  
mo determinat minorē. Sed oīa maiore. ibi qm̄  
aut. Deinde oīdit p̄clusionē seq̄ ex p̄missis in  
textu sequenti.

## Multipliciter aut.

Hic itēdit ponere mīorē pōnēdo p̄mo ḡd̄ viuetū. Scđo oñdit q̄ aia ē p̄cipiū viuēdi b̄z oēs ḡd̄ viuetū. t̄ sic mīor ē b̄a. Poit ḡ q̄ttū or ḡd̄ viuetū. s. vegetatiū. sensitiū. fīm locū motiū. t̄ itellectū. Et dicūf ideo ḡd̄ viuetū q̄r̄ sūt p̄cipia viuēdi disticta a lēmūcē sic sc̄z q̄ por t̄ p̄fectiōr ḡd̄ iuenit sine posteriori t̄ p̄fectiōr. sed non posteriori p̄fectiōr sine priori. Est ergo triplex sūltudo ad gradū in realib⁹

¶ in ipso gradu poterit ad gradum  
superius non posse nisi per se ab aliis gradu

## Liber

quod sicut in gradu reali fieri per ascensum ab inferiori gradu ad superius. et per etiam fieri status. Ita etiam in gradibus vite. quod per inferiori inueniuntur si, ne gradibus alijs. et sic fit statu. etiam per inueniri cum alijs ut vegetatum cum sensitu. Secunda si multudo est. quia sicut in gradibus realibus non per fieri ascensu ad supremum gradum sine medio. ita etiam in istis gradibus vite. quia non inueniuntur vegetatum et secundum locum motuum sine sensitu quod est medius. Tercia similitudo per addi. quod sicut in gradibus realibus superior includit virtualiter inferior. sic est etiam in istis gradibus quod inueniuntur vegetatum sine sensitu ut in plantis. et vegetatum et sensitu simul. ut in animalibus petris affectus sicut in conchis. Aliquid inueniuntur sicut vegetatum et sensitu. et secundum locum motuum ut in animalibus perfectis. Aliquid inueniuntur cum his intellectu ut in hominibus. Et ille gradus virtualiter includit omnes alios gradus. Ex istis per sciri que appetitum non est gradus vite quod ad hoc quod aliquod sit gradus vite requirit quod sit principium vivendi alijs considerantibus. hoc est quod possit distingue et per se inueniri in aliquo aiato sine alijs. sic autem non est de appetitu. quod non per se inueniri sine sensitu. et ergo non est gradus vite quod inveniuntur per principium vivendi.

Arguit Intellectuum est gradus perfectior. g. debet perponi. Dicitur quod duplum potest ordinari gradus vite. Uno secundum quod sunt principia vivendi. et secundum viam perfectis. et sic intellectuum est secundum gradus. et sic procedit argumentum. Alio potest ordinari secundum quod sunt gradus vite et secundum viam generationis. et sic vegetatum est primus gradus quod ille gradus per inueniri sine alijs. Sed alij gradus non potest inueniri sine eo et sic vegetatum sub ratione gradus est secundum gradus.

## Mnde et vegetabi.

Hic declarat ista minor in speciali in singulis gradibus vite. Et primo quo ad aiem vegetatum. Secundo quo ad aiem sensitum. Et finalis coelum dicit de omnibus. Probat ergo quod aiem est principium vivendi in plantis in quibus est solus aiem vegetatum. Et hoc sic. quod operationes sunt in plantis sunt ab aliquo principio sed non a natura. g. sunt ab aiem. Minor ostendit. quod natura non mouet ad contraria sed determinata est ad unum. Sed alij gradus in vegetabilibus mouet ad contraria loca. quod non solus nutritur plante versus sursum sed etiam versus deorsum. ergo talia opera nutritionis non sunt a natura. Quia tenet. quod aiem et natura contra se distinguunt. Arguit In elementis fit motus ad diuersas differentias positionum. tamen ibi non est aiem. ergo etiam natura per mouere ad opposita loca. Ans probatur. quia ignis naturaliter mouetur sursum et terra deorsum. Dicitur quod in eodem elemen-

## Secundus

to non potest esse motus naturalis ad contraria loca quod in hoc posset esse in diversis elementis. In uno aiato autem est motus alimenti sursum et deorsum. quod nutrit aiato secundum omnem dimensionem. Et si replicetur de celo. celum est unum corpus et mouetur secundum omnem dimensionem positionis secundum sursum et deorsum ante et retro tempore. Dicendum quod secundum etiam est corpus aiato et vivum secundum Arresto. quod in hoc posset esse in diversis elementis. habet tamen aiem sibi coniunctam per informationem. habet tamen aiem sibi coniunctam per assistentiam. Ideo per in celo esse motus sicut in alijs aiatis. Ex quibus potest quod ista ratione manet in suo vigore. quod soli viventia habent motum ad omnem dimensionem positionis. sicut tamen quod ille motus repetitur uno et eodem

## Separari autem hoc

Hic ponit ostendit quod istud principium vite secundum vegetatum sit gradus vite. Et hoc sic. Illud principium vivendi est gradus vite quod est separabile ab alijs principiis vivendi. sed vegetatum est separabile in mortalibus ab alijs principiis vivendi. sed alia non sunt separabilia ab eo. Et hoc probatur exemplariter in plantis quibus nulla alia virtus inest quam vegetatum. Ubique enim est intellectuum ibi est sensitum et vegetatum. Et additur in mortalibus propter substantias separatas in quibus est intellectus sine sensitu et vegetatio. Et ideo concludit in textu quod per hoc principium secundum vegetatum oibus mortalibus viventibus inest vivere.

Arguit Propter intellectuum etiam inest alii cui vivere. g. non solum propter vegetatum. Ans probatur de deo et substantias separatas quod vivunt alicui vegetatio. Dicitur quod vivere capitur duplum. Uno secundum precisionem aliorum graduum. in illis in quibus reputur vegetatum absque sensitu et intellectu. et sic vivere est propter aiem vegetatum. Alio accipit vivere secundum quod aliij gradus vite ipsi vivere coniunguntur secundum sentire et intelligere. et sic vivere est ab alterius aiem. quod sensitum est ab aiem sensitum. et intelligere ab aiem intellectu.

## Animal autem pro

Hic probatur quod sensitum est principium vite. Et hoc sic. quod animalia hanc vitam sed non hanc vitam propter aiem vegetatum tamen sicut plantae. g. hanc vitam propter aiem sensitum. Plante vero dicuntur vivere soli. et vita habere absque sensu. Deinde ostendit quod sensitum est separabile ab alijs. et per se est gradus vite. Et hoc sic probatur. quod multa sunt animalia quod sunt manifesta in uno loco sicut quod non mouetur secundum locum sicut sunt animalia affixa petris et tamen manifestum est quod illos inest sensus. ergo sequitur quod sensitum per separari a motu. Et quod possit aliquis dubitare de

illo sensu quē h̄nt illa aīalia sensitiva immobilita. ideo Areſto addit q̄ sit ille ſenſus. Et dicit q̄ ſit ſenſus tactus. q̄ ſicut vegetatiū p̄ ſe parari ab oībus alijs potentis ſenſitivis. ſic etiā tactus p̄ ſepari ab oībus alijs ſenſib⁹. Ex quibus elicit Areſto. tres gradus vite. ſez vege tatiū ſenſitivū et fm̄ locū motiū. Et q̄ ma nifestum eſt etiam intellectū inueniri i aliq⁹ buſ aīalib⁹. et itez maniſtū ē q̄ motiū fm̄ locū ſepat ab intellectuo. Sic Areſto. in fine cōcludit eſe quattuor grad⁹ vite. et q̄ aīa ē de terminata et diſtincta hiſ principis viuendi. ſ. vegetatiū o. ſenſitivo. motiū. et intellectuo.

Arguit ſenſus tact⁹ nō ſepat ab alijs ſenſib⁹. p̄batur. q̄ omne aīal habet in ſe ſenſum tactus et gulfus. ergo nō ſepat ab alijs. Di cendū q̄ gulfus capiſt dupliciter. Uno fm̄ q̄ ē diſcretu⁹ alimēti fm̄ q̄ alimēti eſt calidū. frigidū. humi dū. et ſiccū. et ſic ſimpliciter eo in cipit cū tactu. q̄ id ē obiectum gulfus et tact⁹ formaliter. Ille enī q̄litates ſunt etiā obie ctum tactus. Et iſto modo accipiendo gulfum ſic gulfus uenit omnibus aīalib⁹ ſicut et tact⁹. Allo accipit gulfus fm̄ q̄ eſt diſcretu⁹ ali menti uig⁹tum eſt ſapozolum. id eſt dulce vel amaz. et ſic gulfus realiter eſt diſtinctus a ta ctu et formaliter. quia habet aliud obiectum et eo modo gulfus nō eſt in aīalib⁹ impfectis. Et hoc ſic p̄t. q̄ talia aīalia plus eligit humi dū cū ſalſedine et a maritudine q̄ cū dulcedie ſicut pat et in conchis marinis.

## Wtrum aitez vnu.

Hic Areſto. circa p̄dicta mouet duas dubita tiones. Ex quo dictu⁹ eſt q̄ quattuor ſunt prin cipia viuendi q̄ principia etiā vocant̄ gradus ſic mouet queſtio. An quodlibet principioꝝ iam dictoꝝ ſit anima. et ſic in eodē corpe eent multe aīe. q̄r in aīa rōnali inueniunt̄ ſia iſta principia viuendi. et q̄a hoc non appetet verū q̄tūc in una materia eſſent multe forme ſub ſtāliaſ. Ideo mouet alia dubitationeſ ſez iſta. Si iſta principia dicta ſunt ptes aīe. tunc eſt queſtio an iſte ptes ſint ſepabiles ab iuicē rōe ſolum. i. diſtinzione et eſſentia. aut etiā loco et ſubiecto. ſicut dixit Plato q̄ in diuerſis parti bus corporis eſſent diuerſe aīe. posuit enī aīam rōnalem in cerebro et cōcupiſcibilem in corde. nutritiū in epate. generatiū in genitalib⁹.

## De quibusdā horꝝ

Hic Areſto. ſoluit iſtas duas dubitationes. Et primo ſoluit ſeđam que eſt diſſicilior. Et quia ſeđa habet duas ptes. ideo primo ſoluit eam

quo ad ultimā partē ſez an ptes aīe diſtingua tur loco et ſubiecto. Sc̄do ſoluit primā ſez an diſtinguant̄ rōne. Quo ad primū dicit q̄ diſſi cile eſt videre ſez q̄ ptes. i. potentie diſtinguan tur ab iuicē loco et ſubiecto in tribus. Primo ſez in plātiſ. Sc̄do in aīalib⁹ entonys. i. faci liter diuilib⁹. ſicut ſunt anguille ſerpentes. et ſic de alijs. Tercio in intellectu et ſenſu ſi ab inuicem non diſtiguuntur ſicut dicebant anti qui. Quo ad primū dicit q̄ in plantis emnes partes. i. potentie aīe viidenſ in qualibet pte etiā diuile a toto. Quo ad primū dic q̄ i plan tis oēs ptes. i. potentie aīe viidenſ i q̄liber parte etiā diuile a toto. Un̄ nō p̄ dici q̄ i eis diſtinguat̄ potētie loco et ſubiecto q̄ ſi ſit in una pte plāte una potētia. et i alia pte plāte alia potētia. Exempli gra. vt i tota arbore ſunt tres potētiae ſez nutritiū. augmentatiua. et generatiua. Et ma nifestū ē q̄ ſi aliq⁹ p̄ arboris ut ſurcul⁹ diuida tur a tota arbore. tūc etiā i tali ſunt oēs tres po tentie. q̄ ſi illa p̄ plāte ad terrā tūc in ipa ſunt nutritiū. augmentatiua et generatiua. q̄ illa r̄n potentiaz opatōnes apparent in eo. Ex quo ſequit̄ q̄ in tota plāte ē una aīa in actu. ſed ſunt plures aīe in potentia. quia ſi planta diuideret in multas partes fm̄ certa q̄titatem tunc in q̄liber parte manet aīa cū oībus ſuis potentis. Ex quo elici ſolet q̄ aīa eſt in toto tota. et in q̄liber parte eius tota. Sc̄do principaliter pro bat idem in aīalib⁹ entonys deciliſ a ſenſi cem ſicut anguille et ſerpentes. et de illis maiſel tū eſt q̄ in qualibet pte iſt m̄tre potētia. Quod ſic p̄bat Areſto. q̄ in qualibet pte eſt ſenſus. ergo in qualibet pte ē tristitia et leticia q̄ p̄iunctio diſcouerientis cauſat tristitiā. ſed vbiq̄ eſt tris titia et leticia ibi eſt appetit⁹. quia appetit⁹ ē i clinatio ad bonū ex cui⁹ cōſecutiōe cauſat leticia. Deinde p̄bat de tertia pte q̄ diſſicile eſt vi dere an iſtellec⁹ et ſenſ⁹ diſferat loco et ſubiecto. Et hoc ſi dicatur ſenſ⁹ coincidere cū intellectu ſicut dixerit antiqui. q̄ tūc in eodē ſubiecto et loco ſunt iſtellec⁹ et ſenſus. H̄z addit Areſto. q̄ iſtellec⁹ videſ ſotaliſ diſtingui a ſenſu tang⁹ aliud gen⁹ potētia. Quia cōtingit intellectū ſe parari a ſenſu ſic ppetuū a corruptibili. quia ergo in iſtis diſſicile ſit videre q̄ diſtinguat̄ loco et ſubiecto. In q̄būdā tūc maniſtū ē q̄ ſepa renſ ſeo loco et ſubiecto ſic de pfect⁹ aīalib⁹. Quia i illis diuerteſ potētia ſunt i alijs locis i alijs ſub iectis. ſic i hoīe p̄t. q̄r viſus h̄z alia locū ſalid ſubiectū q̄ h̄z audi⁹. Un̄ p̄ dici ad ultimā pte queſtione q̄ in quibusdā aīalib⁹ ſez pfectis qdā potētia diſtinguit̄ loco et ſubiecto. h̄z non eſt. In hoīe enī appetit⁹ et ſenſ⁹ n̄ diſtinguit̄

# Liber

loco et subiecto sicut infra patebit in tertio libro  
In quibusdam autem ut in imperfectis animalibus  
et plantis non distinguuntur loco et subiecto. quod  
perfectiora animalia habent corpus perfectius organiza-  
tum. Ideo in diversis organismis subiectant di-  
uersae potentiae. sic autem non est in imperfectis animali-  
bus. Ideo non possunt ibi distinguui loco et  
subiecto.

Arguit Alia entonia sunt imperfectiora a-  
lijs animalib[us]. ergo descisa non vivit p[ro]ba. quod p[ro]p-  
hos decisa non vivit. ergo et ipsa non vivunt

Dicit q[uo]d talia animalia sunt imperfectiora alijs  
animalibus. et ex hoc q[uod] decisa vivunt manifestat  
eoz imperfectio. quia illa animalia sunt perfectiora  
que habent perfectiores et plures operationes  
sed ad diversitatem operationum requiri diversitas  
organorum. et tanto animal est perfectius quanto  
habet maiorem diversitatem operationum. ad quam  
requiritur diversitas organismorum. Et ideo homo  
est perfectissimum animalium. quod habet diversitatem  
maiorē in partibus corporis. quod ergo talia animalia  
descisa habent parvam diversitatem. ideo sunt multū  
imperfectiora alijs animalibus. Et etiam ex alio p[ro]ba-  
bit p[ro]p[ter]e. quia illa animalia decisa habent maximā  
similitudinem cum plantis. nam etiam in qualibet  
parte plantae reperiunt omnes potentiae. cum ergo  
plantae sunt animalib[us] imperfectiores sequitur q[uod] ista  
animalia decisa sunt imperfecta.

Querit Ut pars decisa ab animali sit animal vel  
non. Dicit q[uod] in animalib[us] entomis est considera-  
re partes an divisionē animalis et tunc est unum animal.  
Alio p[ro]pter considerari animal post divisionē plurimum  
et tunc in illis est una anima secundum speciem. et p[ro]p[ter]  
sequens est animal unum secundum speciem. Sed in diver-  
sis partibus est alia anima secundum numerum. et ideo etiam  
est aliud animal secundum numerum. Et quo patet soluto  
cum quod. An partes anguille decisa a tota anguilla  
sunt anguilla. Dicit q[uod] sunt anguilla imper-  
fectae. et eius imperfectione testatur facilis corruptio  
faciliter enim corrumperis p[ro]p[ter] anguille et non poteris di-  
vivere. quod illa anima habet similitudinem cum plantis.  
ergo eodem modo iudicandum est de ipsis scilicet de plantis. si  
cuit ergo planta est una an divisionē specie et nu-  
mero. sic etiam animal entomum. sed p[ro]pter divisionem plā-  
te q[ui]libet p[ro]p[ter] est distincta ab alia numero. Et si qua-  
rat vnde contingit ista diversitas vel distinctio nu-  
meralis in plantis et entomis. Dicit q[uod] ex divisione  
non continui. quod ex tali divisione resultat diversi-  
tas numericalis.

Arguit In diversis partibus animalis decisis non  
poteris esse fantasia. quod fantasia est p[er]teriti q[uod] non est in par-  
tibus animalis decisis. Dicit q[uod] duplex est fanta-  
sia. Quedam est fantasia determinata. q[uod] est p[er]nitens et  
p[er]teriti. et talis fantasia significat actu sensuum

# Secundus

interiorum que etiam sunt respectu p[er]teriti. et sic fan-  
tasia non reperiatur in animalibus imperfectis. Illa est  
fantasia indeterminata q[uod] est in respectu presen-  
tis. et talis coniungit sensui exteriori q[uod] est respe-  
ctu p[er]nitens. Et sicut dicendum est de appetitu. quod appe-  
titus in talibus non est determinatus neque p[er]se-  
ctus sed in talibus est appetitus imperfectus.

## Ratione autem q[uod].

Hic soluit primā partē scđe questionis scđ an  
potentie aīe distinguatur ab invenientiōne. Et di-  
cit simpli p[ro]p[ter] sic. Et hoc probat. quod eodem modo distin-  
guatur ab invenientiōne potentiæ. quo modo ab invenientiōne di-  
stinguuntur actus. quod potentiæ distinguuntur per actus  
sed manifestū est q[uod] actus omnium potentiarum distin-  
guant ab invenientiōne. ergo etiam quelibet poten-  
tia ab alia. Ex quo sumit p[ro]p[ter] potentiæ distinguuntur  
per operationes suae actus. Unū p[ro]p[ter] q[uod] licet  
diversae potentiae quoniam habeant idem subiectum suae  
organū. tamen adhuc distinguuntur ab invenientiōne sp[ec]ie.  
et realiter. quod scđ h[ab]et diversas operationes et actus

Arguit Potentie aīe distinguuntur realiter. g[ener]o non  
est in ratione. Dicit q[uod] duplex aliquis dicuntur distinguiri  
ratione. Uno ex diversa comparatione rationis vel consi-  
deratione. et sic genere et species dicuntur distinguiri ratione  
quia in genere denotat alia compagno ad inferi-  
ora quod in specie et contra. Alio aliquis dicuntur di-  
stinguiri ratione. et essentiali distinctione. ut homo et  
animus distinguuntur ratione. Per hoc ergo dicen-  
dū est q[uod] potentie aīe distinguuntur non solum primo  
modo sed etiam secundo modo. et sic non valet argumentum  
Illa distinguuntur ratione. ergo non realiter. immo sequitur  
oppositum. quod etiam quoniam distinguuntur ratione secun-  
do modo distinguuntur realiter. et essentialiter quoniam ab-  
invenientiōne realiter non separantur. quia separantur moderni di-  
cunt distinctionem realē. q[uod] distinctione potius est  
laborum et philosophorum.

Querit Ut pars anima sit in toto tota et in quilibet  
ei[us] parte tota. Dicit p[ro]p[ter] distinctionem. Quia vel  
est intelligit de animalibus perfectioribus sicut  
homines et brutorum. Et sic anima est in toto tota et in quilibet  
parte tota secundum essentiam sed non secundum totam virtutem  
Vel intelligit de animalibus imperfectis. ut etiam  
anima vegetativa. et sic est dicendum quod anima est in to-  
to corpore toto. et in quilibet ei[us] parte tota secundum es-  
sentiam. et similiter est in quilibet parte secundum virtu-  
tem loquendo de parte secundum certam divisionem. Quid no-  
tanit dicitur. quod posset tam parva p[ro]p[ter] animalia imperfecti  
accipi quod nec maneret ibi anima secundum sibi nec secundum es-  
sentiā. Ratione p[ro]p[ter] est. quod anima est forma substantialis corporis  
sed quelibet forma substantialis est in tota ma-  
teria. quod si non sit in toto materia et in qualibet  
parte. tunc illa pars quod habet animam non est pars cor-  
poris animalis sed est alterius speciei a corpore animali ut

Vdita sit in toto tota et in quilibet eius p[ro]p[ter]

si quis habet aridā manū. tunc manus non est ps ip̄i aialis sed est qd̄ dā mortuū specificē disti-  
ctu; a qualibet pte eiusdem aialis. Sed o pbari-  
pot qz quelibet ps habet operationes. ergo in qli-  
bet pte est aia. Ans pte. qz quis in qualibet pte  
ialis nō sit quelibet opatio aialis. tu in quali-  
bet parte ē aliqua operatio eius. Circa qd̄ scien-  
dū q̄ ē triplex totū. scz qz titutiu; essentiale et po-  
tentiale. Totu; qz titutiu; pprie nō cōuenit for-  
mis. Sed ei⁹ coditio ē q̄ nō est in aliq pte nec  
fm essentia. nec fm virtute. Sicut dom⁹ est to-  
tum qua ntitatiū et non ē in fundamento nec  
fm essentiam. nec fm virtutem. Totum essen-  
tiale est in qualibet pte fm essentia. sicut genus  
est in qualibet specie sed non ē in qualibet pte  
fm virtutē totam. Similiter dicdū ē de toto  
potestatiuo qd̄ est etiā in qualibet parte fm es-  
sentia sed non fm virtutem nisi in aialibus im-  
perfectis. Secda pars scz q̄ aia in perfectis aia-  
libus non est in qualibet parte fm omnes ei⁹  
operations. sic pbatur quia operations i aia-  
libus pfectis requirunt magna organizationē  
in corpe. ex quo sunt perfecte operations. sed ta-  
lis organizatio non potest esse in qualibet par-  
te corporis. ergo nec potest esse in qualibet par-  
te corporis talis virtus ad operandū. sed ope-  
rations in aialibus imperfectis sunt imperfecte  
ideo talia opa; nō requirunt tantā organisatio-  
nem in corpe. et sic in singulis pribus corporis  
p̄t innenri virtus aie. Exempli gratia. Virt⁹  
aie rōnalis operatue consistit in videndo. i au-  
diendo. in olfaciendo. et talia opera requirunt  
determinata organa. quia visio requirit orga-  
num qd̄ est oculus. et auditio requirit aures. scz  
manifestum est q̄ oculi non inueniuntur in qli-  
bet parte corporis nec aures.

Arguitur Ex illo sequeret q̄ eodem mō aia  
ialis imperfecti ei⁹ et in aiali sicut albedo in pa-  
riete. Ans pte. qz dividunt eodem modo scz ad  
divisionē subiecti. ergo rc. Dōm q̄ ppter i/  
perfectionem aie in aialibus imperfectis tales  
aie hnt similitudinē ad formā accidentē ē dissili-  
tudinē. Similitudo stat i hoc. qz sicut albedo di-  
viditur ad divisionē parietis in quo est ita aia  
ialis imperfecti dñidit ad divisionē aialis.  
Sed dissimilitudo stat in multis. Primo qz  
aia aialis imperfecti dat esse substantiale aiali  
Sed albedo aut alia forma accidentalis dat  
esse accidentale. Secdo ē dissimilitudo quo ad di-  
visionē parietis manet etiā in mi-  
nimā pte fm essentia. quis forsan nō fm mo-  
dum immutandi. sed in minima parte corpo-

ris entonū aialis imperfecti non manet anima  
fm essentiam. Lui⁹ rō est. quia albedo est coex-  
tens a qualitatē ipius parietis. sed aia non est p/  
pte extensa in corpore fm essentiam. Etia aia  
requirit corp⁹ organicū p sua materia. sed mi-  
nima pars non potest esse organisata. ergo non  
potest ibi esse anima fm essentiam.

Arguit Aia ē act⁹ corporis organici. scz nō qli-  
bet ps ē organica. ḡ in qualibet pte nō est aia

Dōm q̄ dupliciter potest aia comparari ad  
aliqd corpus. Uno modo ad corpus sibi deter-  
minate pporcionatu; et sic est verū. q̄ aia tm̄ ē  
in corpore organico. quia hoc corpus est pprī-  
um pfectibile ipius aie. Alio modo aia relipicit  
corpus aliqd ex cōsequenti et sic non oportet a  
numā esse in corpe pporcionato vel organisato  
sic enī est in qualibet parte corporis. nā primo  
et principaliter est in toto. secundario et ex con-  
sequenti est in partibus.

Arguit Aresto. in pte dā aialib⁹ dicit q̄ aia  
principaliter ē in corde. ḡ nō ē in toto primo

Dōm q̄ aia compat̄ ad corpus dupliciter.  
Uno fm genus cause efficientis. i. mouentis  
scz fm q̄ aia est motrix corporis. et sic principaliter  
est in corde. qz aia mouet corpus p spiritū vita-  
lem q̄ sp̄s est in ventre cordis. Alio⁹ compat̄  
aia ad corp⁹ fm q̄ est formalis substantialis cor-  
poris. et sic aia est principaliter in toto corpos;  
dans ei esse substantialie. et sic Aresto. hic loq̄  
de aia cū dicit q̄ est act⁹ corporis. i. forma lbalis.

Arguit Videſ q̄ aia rōnalis nō sit in qlibet  
parte fm essentia. pbaf. qz quicqd̄ ē cōpositū  
ex corpe et aia rōnali ē hō. sed qlibet ps homis  
est composita ex corpe humano et aia rōnali. ḡ  
quelibet ps homis est homo. Dōm q̄ dupli-  
citer aliqd est compositū ex corpe hñano et aia  
rōnali. Uno mō ex corpe pportionato ipi aie  
et sic maior est vera. et minor falsa. qz non qli-  
bet ps homis est composita ex corpe pportiona-  
to ipi aie. Alio⁹ aliqd componit ex aia et cor-  
pore non pporcionato ipi aie in quo scz est ani-  
ma p accns. et ex cōsequenti et tunc maior est falsa  
et minor vera.

Arguit Si aia rōnalis esset in digito tunc  
amputato digito remoueret aia rōnalis. Di-  
cedū q̄ in pfecti aialib⁹ aia nō ē diuisibilis ad  
divisionē corporis aialis pfecti etiā fm ptes pri-  
cipales. qz diuisio pfecto aiali fm principales  
ptes delimit aia vtrāq pte infor: marc. vt qn̄ ca-  
put amputat in aliquo pfecto aiali. Et rō ē qz  
nulla ps manet tuc determinatū subiectū p aia  
pter defectū organisationis vtrāq partis.  
Sic tm̄ est in animalibus imperfectis.

27 ad nō 27 pte tunc pte tota pte pte aperto mā-  
nū. dñgato illi tū nō cōp ad et pte qz nō nō 27 pte  
pte tota. Pte X ad. 27 pte pte tota fm cōdīz  
et qz illa ps qngqz tūn pte et 27 pte pte fm pte  
pte 27 pte pte pte despat. Ad rōnē pte pte  
lēpōr pte māp. 27 ad fm pte pte et cōdīz pte fm māp  
Al fnta nō qngqz tūn pte ad 27 pte tota

# Liber

Arguitur Si aia est in qualibet pte fin et sentia. ergo fin virtutem etiam in aialibus pfectis. qz poterit sequitur sp centiā. Dōm qz essentia aie p̄t duplicitis capi. Uno fin qz respicit corpus sibi pporcionatum. et tūc ē vez qz potentia aie sequitur centiā. Alio accipit essentia aie p̄t spatur ad partes corporis et nō ad totū corpus sibi pporcionatum. et tūc nō est vez qz potentia sequitur essentia. Et hoc ē qz alij sic dicit. Ubiquis ē tota essentia ibi ē tota potentia in rādice et non in actu.

Arguit Si aia ē qz libet pte corporis tūc seq̄ ret qz idē esset mouens et motu simul. et idē mouere et quiesceret. vt vna manus moueri p̄t. et alia qz escere. et aia eadē moueref sursum et deorsum. et idē moueref contrarijs motib⁹ qd ē inconvēniens. Dōm ē duplīr. Primo qz non p̄prie mouef aia qdā pte corporis mota. qz quis anima moueref moto rōto corpe nō tñ mouef ad motionē p̄tis. qz aia nō ē p̄prie i p̄t. Secundo. cōcesso qz aia moueat ad motionē p̄tis. Tūc dicē dū qz nō ē inconvēniens vñ et idē p̄ accēs moueri et qz escere et etiā moueri contrarijs motibus et hoc si motu nō ē pfecte vñ et cotinuū. Exemplū extra p̄positū. vt aliquē cōtingit existentez in nauī quiescere fin se et tñ moueri fin motu nauis. Itē cōtingit aliquē existente in nauī moueri contrarijs motib⁹. qz p̄t cū nauī descendere et p̄ motu p̄priū ascendere cōtra motu nauis. Sile dōm ē de aia existente in pte corporis ex q̄ p̄t aialis nō sunt pfecte cotinue sic vna pars p̄t moueri alia quietē. et vna pars potest moueri sursum. alia vero deorsum.

Arguit Aia rōnalis ē diuisibilis vel indiuisibilis. qz vel ē i corpe extensiue vel nō extensiue. si ē i corpe extensiue sic ē diuisibilis. si non extensiue sic ē indiuisibilis. Dōm qz est duplex extensiō. qdā ē extensiō qz titutina sicut albedo extendit in pariete. et sic anima nō ē extensa in corpe. qz tūc diuideref ad diuisiōnē corporis. Alia ē extensiō essentialis. et sic aia est extensa i corpe. qz essentialiter informat qualibet partē corporis. et non oportet qz sic extensum diuidat ad diuisiōnē corporis diuisi.

## Quod autē quib⁹.

Hic p̄ter solvit primā qōnē prius motam q̄ fuit. An vegetatiū. sensitiuū. et intellectiuū sint p̄t aie diuise vel vna anima. Dōm qz ista iā dicta sc̄ vegetatiū. sensitiuū. intellectiuū et motu capiunt duplīr. Uno p̄t inueniatur i aialib⁹ segregatim. et sic sunt diuise anime Qd sic probat Arezzo. qz qn̄ inueniuntur in di-

# Secundus

ueris tūc penes istas aias sumif dñia aialin secl dñne sumuntur ex forma substātiali. ḡ in diuersis significat formas stables. Alio accipit fin qz inueniunti vno et eodē. et lic nō significat diuersas aias. qz tūc possibile esset diuersas animas ē i eodē. sed significat diuersas potētias. Un p̄z qz i hoīe nō sūt diuersae aie. quis tñ in vno hoīe sunt vegetatiū. sensitiuū intelleciuum et motiuū.

Quenq; Utz aia vegetatiū. sensitiuū. et intellectiuū sit vna aia vel plures aie. Dōm qz ista tria in vno numero sunt vna aia numero sicut in hoīe. Et hoc p̄t trib⁹ rōnib⁹ ducētib⁹ ad impossibile et vna rōne onsiua. Prima rāto stat in hoc. Si plures forme substātiales cēnt in vno subiecto id ē materia. seq̄re qz vñ ens in numero esset plura entia substātialis. Sz se qla ē impossibilis. qz implicat contradictionem. Secla tñ p̄t. qz a forma substātiali aliqd dī simpliciē ens cui ipa dat simpliciē esse. Sz aia est forma substātialis. ḡ si sunt plures anime in vno hoīe sunt plura entia substātialia. Secunda sumit ex mo predicandi. Et stat in hoc. Si aia sensitiuā et intellectiuā diuise sint aie tūc ista propositio hō ē aial vel esset falsa vel p̄ accidentis. quoz vtrūq; ē p̄tra intentiōnē Arezzo. sedo posterio. Secla p̄t. qz ois p̄dicatio qz sumit ex diuersis formis. vel ē falsa si forme non sunt subordinate. vt albū ē dulce. ibi p̄dicatur diuise forme nō subordinate. vñ si forme sunt subordinate ē p̄dicatio p̄ actis. vt supficies est colorata. supficies enī subordinat̄ colori. qz color ē in supficie. sicut in subiecto primo. Si ergo ista p̄p hō ē aial sumit ex diuersis formis sc̄ a forma rōnali et sensitiuā nō p̄t esse in primo mo p̄le. Tercia rō stat in hoc. qz si aia vegetatiū. sensitiuū. et intellectiuā essent diuise aie in vno hoīe seq̄re qz opatōes facte ab vna aia nō ipedit opatōes factas ab alia aia. Sz hoc est fallū. ergo sunt vna aia. Maior p̄t. quia qcūq; sunt simpliē diuersa vñ nō ipedit alterz Minor p̄z. qz si opatio vñ aie sit multū intēsa tūc ipedit opatio alterius aie. Cōtingit enī ex multū intensa imaginatōe ipedit. Intēsa intellectiuā. cōtingit etiā ex intellectuā ipedit. opatōes sensitiuas. Rō onsiua stat in hoc. sic se h̄z numer⁹ altior et supior ad numerū iserōrē. ita se h̄z aia dignior ad minus dignā. sed supior numer⁹ includit insēriorē. ḡ supior aia includit insēriorē. sic intellectiuā includit sensitiuā. et sensitiuā vegetatiū. Maior pater. qz sp̄s rez sumit ex aialib⁹. sicut ergo sp̄s reū se h̄nt ut numeri ita et aie. Et hoc ē qd dicit infra

# De

xvi

# Animæ

Aresto. q sicut trigonū est in tetragano. i. figura triangularis in figura quadrangulari. ita vegetatio in sensitivo. Minor p exemplari q ternarius includit ternariū virtute sic etiam intellectuum includit sensituum sicut infra patet manifestus.

Arguit. Corruptibile et incorruptibile nō sunt vñ numero. s̄ aia sensitua et intellectua sūt sicut corruptibile et incorruptibile. ḡ non sunt idē nūero. Dōm q si aia sensitua capiat fm se et h̄z q sepaſ ab aia rōnali ut i bruto sic est vez. q nō sunt idē numero. sed differunt sicut corruptibile et incorruptibile. sed si capiat anima sensitua fm q cōiungit aie rōnali sic sunt idē numero. et sic aia sensitua est incorruptibilis. In hoīe enim non est anima sensitua fm naturā pprā sicut in bruto. sed solū fm substantiale virtute. Et p hoc soluit argumentū. Si dicat corruptibile et incorruptibile plus differeunt q̄ genere. Utrū est de genere phisico et ideo illa autoritas non habet ventate de animab⁹ quia anime non habent materialē fm se.

Arguit. In hoīe sumit̄ gen⁹ ab aia intellectua. Ja idē nō pslupponit leipm. s̄ aia intellectua pslupponit sensitua. ḡ nō sunt vna anima

Dōm q idē capiat duplī. Uno fm idem et fm endē gradū essendi. et sic idē nō pslupponit leipm. Alio⁹ accipiē idē fm diuersos gradus pfectōn. et sic idē bñ pslupponit leipm. q̄ idē acceptū fm vñ gradū pslupponit leipm acceptū fm aliū gradū. sic aia rōnali fm q h̄z i se gradū sensituum pslupponit ab aia fm q h̄z in se gradū rōnale. Sumitur ergo gen⁹ in hoīe et dīna ab eodē. q̄ ab aia rōnali fm tñ q̄ habet in se alias aias. Et sili dicēdū est de alijs generibus subalternis. q̄ etiā oīa alia genera pdicamenti substātie sumunt in hoīe ab vna aia accepta fm diuersos gradus.

Arguit. Predicata substātialia sumūt a formis substātialib⁹. s̄ in hoīe sūt plura pdicata substātialia. ḡ in hoīe sūt plures forme substātiales. Dōm q ista minor p̄t duplī inteligi sc̄ q̄ de hoīe pdicant̄ plures forme s̄bales. Uno⁹ q̄ pluralitas significet pluralitatē realē et sic ē falsa. q̄ pdicata s̄balia nō dr̄nt realiter abinuicē. Alio⁹ q̄ talis pluralitas significet pluralitatē rōnis. et sic ē vera. Et p hoc dicendū est q̄ sicut in pdicatis est distinctio rōnis et nō realis. ita etiā in formis substātialib⁹ ē distinctio fm multos gradus. Unde eodē modo debet argui in pdicatis sicut in formis. Et si dicatur. de Sorte dicētūr diuersae forme s̄bales. ergo in Sorte sūt diuersae forme s̄bales. Dōz

negādo pñam. q̄ diuersitas im̄portat diuersitatem realē quenō est in Sorte fm formas substātales.

Arguit. Disticta pdicata substātialia pdicātur d̄ Sorte pcedēdū ē. ḡ i Sorte sūt distictae forme s̄bales. etiā pcedēdū ē q̄ illeāie sunt distincte p̄ mltos ḡd⁹ q̄ tñ grad⁹ nō h̄nt tale diuersitatē sed solū distinctio rōnis rei rōnabis. Et nō distinguunt fm distinctionem phisiacam sed loycam.

Queritur. Utrū i generatoe hoīs sint mltē forme substātales s̄baliūcē succedētes. Dicēdū q̄ sic. et hoc p̄ autoritate Aresto. in libro de aialib⁹ q̄ dic̄ q̄ embrio. i. set̄ cōcept⁹ in utero materno p̄rō viuit vita plante. i. vita vegetativa. deinde vita aialis. i. sensitua. deinde vita intellectua. S̄ vita vegetativa ē ab aia vegetativa. sensitua ab anima sensitua. et intellectua ab aia intellectua. ḡ i hoīe sūt plures anie s̄baliūcē succedentes. et sicut dīctū ē adueniente altioriforma inferiorē delinit esse.

Arguit. Q̄is forma s̄baliū dat sp̄m. si ergo forme p̄les succedēt in generatione hoīs. ergo embrio ē diuersar̄ sp̄es. Dōm q̄ q̄nciuq̄ i motu cōtinuo acq̄rit aliq̄ forma p̄ multas medias formas. tñc denoīatio illi⁹ mobilis nō sit a medijs formis sed ab vltia. Lui⁹ rō ē q̄ medie forme nō sūt p̄prie termini mot⁹ s̄ sūt defertia subiectū ad principale formā. Et fm hoc dicit cōmetator q̄ generatoe hoīs ē translatio a prima forma ad ultimā. Per hoc ḡ dōm ad maiore⁹ q̄ duplex ē forma s̄baliū. Quedā est q̄ p̄prie ē termin⁹ mot⁹ s̄ue mutatiois. et talis forma s̄baliū dat sp̄m. Alia est forma s̄baliū q̄ est via ad principale termini mot⁹. et talis forma nō dat sp̄m. et ideo dicat semia non baularē plantam s̄ hoīem. quia ille forma p̄cedentes i materia non denoīant materiam.

## Quoniaz ergo quo.

Postq̄ Aresto. declarauit mōrē p̄cipalis rōnis. i. q̄ anima ē id q̄ viuimus fm oīm ḡdū vite. Hic p̄nter ponit p̄cipalē demonstratioē p̄ quā declarat̄ maiore. Et stat i hoc demonstrat̄. Duo rū q̄ vtrōq̄ dicimur ec̄ vñ opari id q̄ p̄mo dicimur ec̄ l' opari h̄z se ut act⁹ vñ forma. et id q̄ se cūdario dicimur opari h̄z se ut materia. s̄ dici mūr viuere aia p̄mo et ex p̄nti corpe aīato. ḡ aia ē act⁹ et forma corporis aīati. Maiorē p̄bat p̄ duplīcē formā sc̄z d̄ scia et sanitati. q̄ nos dicimur sc̄tēs scia. et ec̄ dicimur sc̄tēs aia sc̄tē. Sili dicimur sani sanitati et corpesāo s̄ p̄ dicimur sani sanitati et ex p̄nti corpesāo. Et sili p̄

## Liber

## Secundus

Dicimus scientes scientia. ergo scientia est forma et actus scientis. est enim scientia actus scientiae et non cuiuscumque. et sanitas est actus corporis sana bilis et non cuiuscumque. Et hoc ideo quod actus actiuorum sunt in paciente dispositio. id. formetur in suis propriis materiis. Ex quibus concludit definitiones anime que est minor principalis demonstrationis scilicet anima est id quo vivum esten timus mouemur et intelligimus primum. Et ex hoc sequitur quod anima est sicut forma et actus et corpus sicut subiectum.

Arguitur Non dicimus sani solu corpori. quia tunc hoies infirmi essent sani. Nec dicimus scientes anima. quia tunc omnes pueri essent scientes quia habent animam. Namque corporis accipitur dupliciter. Primo secundum se. et sic non dicimus sani secundum corpus. Et similiter non dicimus scientes anima absolute accepta. Alio modo capitur corporis per corpore sano. et sic tunc dicimus sani corpori sano. Similiter dicendum est de anima. quod dicimus scientes anima scientie. sic etiam dicimus vivere anima et corpore non absolute sed corpore animato. et ideo prima denotione vite est ab anima quare est actus corporis.

## Tripli citer enim dicitur

Hic consequenter ostendit conclusionem prius dictam sequi ex primis. fuit enim prius sic demonstratum. Si anima est id quo primo dicimus vivere. ergo anima est actus. probat ergo illam conclusionem sic. quia vel anima est materia vel forma vel totum spiritum. Sed anima non est materia vel totum spiritum. ergo est forma et actus. Major patet ex sufficienti divisione. Minor probatur. quod tam corpus quam corpus animalium sunt ea quibus secundario vivimus. Animam autem est id quo primo vivimus. et propter hoc inducit duo correlaria. Quorum primum est quod antiqui tecum dixerunt animam non esse sine corpore. sic tamen quod non esset corpus sed actus alicuius corporis scilicet organici. Secundum quod anima non est in qualibet corpore. sed in corpore organico et disposito. Et in hoc sunt aliqui antiqui reprehendendi quod quis dicebant animam non esse sine corpore non tamen aptabant animam ad corpus. quod non dixerunt in quali corpore haberet anima esse. Ideo sunt vere reprehensibles. et hoc patet sensu et ratione. quod videtur quod qualibet anima non est in quocumque corpore sed in determinato corpore. Et ratione sic. quod actus vivis et natus est fieri in propria materia. Et deinde recapitulat quod anima est actus corporis habentis vitam in potentia.

Arguitur Anima rationalis est proprius actus

corporis humani et non manet in materia. quod proprius actus non est semper natus esse in materia. Dicendum quod Aresto. in ista autoritate non dicit esse sed fieri sic quod sit sensus. Actus proprius semper natus est fieri in sua propria materia. Et tunc non habet exceptionem in anima rationali. quia ipsa nullo modo potest fieri extra materiam. Si enim fieret extra materiam non esset anima sed substantia separata. Secundo dicendum quod si ponatur in autoritate esse sic quod sensus sit proprius actus nam est esse in sua materia. Tunc est verum quod anima est propria potentia aie quod contingit quod per animam exercere suas operationes vitales per corpus et sic stat autoritas ista. quod actus semper maneat in propria materia.

Queritur Utrum anima rationalis debet esse in corpore corruptibili sicut in propria materia. Dicendum quod sic est. et ratione est. quia anima debet esse in illo corpore per quod potest recipere suas perfectiones scilicet scientias et virtutes. sed hoc non potest facere per corpus incorruptibile ergo. Major patet quia deteriora sunt gratia meliora. cum ergo anima est melior corpus oportuit corpus esse tale quod servaret ad suas pfectiones. Minor patet. quod scientie acquiruntur in nobis per potentias sensitivas sed fundamento omnium sensuum est sensus tactus. ergo oportet in corpore anima rationalis esse sensum tactus. Sed ubi est sensus tactus ibi est corruptibilitas. quia sicut patet in sensu tactus sit ex quadam medietate quattuor qualitatibus. sed quocumque est talis medietas ibi est corruptibilitas.

Arguitur Ex hoc sequeretur quod substantie separate etiam vniuersitatem corporibus corruptibilibus. Sequela patet quod necesse est illas habere scientias. Dicendum est quod quis necesse sit illas habere scientias et cognitiones rex non tam est necesse quod propter hoc vniuersitatem corporis. quia tales substantie habent cognitionem rex per species a deo infusas et non per species acquisitas. sicut anima rationalis.

Arguitur Inter formam et materiam debet esse proportionem. quia actus actiuorum sunt in paciente dispositio. sed anima rationalis est incorruptibilis ergo debet uniri corpori incorruptibili. Etiam dicitur in textu. actus proprius est in determinata materia. Dicendum quod est duplex dispositio in materia. Una est secundum quam materia est apta ipsi forme. Alia est que cosequitur ex necessitate materie in qua est talis dispositio sicut patet exemplariter de serra in qua per innuenientur dispositio duplex. Quedam est necessaria serra ut attingat suum finem sicut quod serra sit ferrea. quia oportet quod

¶ Intra: quod una omnia sunt causa secundum quod est secundum ipsum unum omnia sunt causa secundum quod est secundum ipsum. Hoc ita dico deo deo secundum quod est secundum ipsum. Hoc ita dico deo deo secundum quod est secundum ipsum. Hoc ita dico deo deo secundum quod est secundum ipsum. Hoc ita dico deo deo secundum quod est secundum ipsum. Hoc ita dico deo deo secundum quod est secundum ipsum. Hoc ita dico deo deo secundum quod est secundum ipsum.

## De

xv

## Anima

diuidat ligna. Alia est dispositio que sequit ad hoc q̄ serra sit ferrea et est q̄ contrahit rubiginē et hoc ē ppter intentionē illi⁹ qui introducit formā ser re. Sic in pposito duplex est dispositio in materia aie rōnalis. Una est q̄ necessario est in corpore cui debet aia vñiri. et illa dispositio est q̄ corp⁹ habeat sens⁹ sic pbatū est. Alia est i materia dispositio q̄ sequit ex necessitate illi⁹ ma terie. et sic oportet illa materiā esse corruptibile q̄ in corpe incorruptibili nō p̄t fūndari sensus. Et q̄ corruptibilitas n̄ ē pncipalit intenta ab illo qui disponit materiā p̄ aia rōali. s̄ corruptibilitas cosequit illa dispositioem q̄ est pncipalit intēta ab agēte. Tūc r̄ideat ad argumētū q̄ forma et materia debet pportōnari q̄tū ad illā dispositōnem quā pncipalit intendit agens in materia. et illa nō est corruptibilitas sed est q̄ corp⁹ habeat in se sens⁹ et fm̄ hoc pportōnatur aie. Si ergo sens⁹ possit esse in corpe incorrup tibili tūc tali corpori deberet aia rationalis vñiri.

Sed oī dici q̄ aia rōnalis nō est tm̄ rōnalis sed etiā sensitua. q̄z̄nis ergo fm̄ q̄ est rōnalis nō requirat corp⁹ corruptibile tm̄ fm̄ q̄ est sensitua q̄ necessario habet fūndamētū in corpe corrupti

Arguit. Alia rōnalis inter oēs for bili mas naturales est marie immaterialis ergo debet vñiri corpi celesti. Dōm q̄ aia rōnal cap̄t duplicit. Uno mō fm̄ potētias intellectias et sic est marie imaterialis q̄ opa talū potētias fūnt sine corpe. Alio mō accipit fm̄ q̄ē sensitua et vegetatiua. et sic habet eadē cōditi onē cū alijs aiaib⁹. sicut ergo alie aie vegetatiua sc̄z et sensitua sūt corruptibili corpe sic etiam aia rōnalis. Et ita hoc argumētū pcedit de anima que est tm̄ intellectua sic est aia nobilis

Arguitur. Anima est simplex. ergo d̄z vñiri corpi simplici. et p̄ dñs vñiret vni elementorū v̄l celo cū nō sūnt plura corpa simplicia. Dōm q̄ quis sit simplex in essentiā nō h̄ns ppositio nē in materia et forma tm̄ est multiplex in virtute operativa et p̄ talem virtutē multiplex etiā corr̄det ei corpus multiplex in p̄tibus. Lui⁹ ratio est q̄ oī illas diuersas virtutes aie exercere p̄ di uerla organa. q̄r alia est ps p̄ quā actus vidēdi exercetur q̄ audiendi

Arguitur. Anima rōnalis est pfectior alijs aiaib⁹. ergo deberet vñiri corpi habenti auxilia naturalia p̄ que posset descendere seipsum. Di cendū q̄ ho accipit fm̄ dupl̄ Uno mō fm̄ eius primā institutionē sc̄z in statu innocentie et sic homo non indigiss̄ auxilijs ad resistēdū suis p̄trarijs. quia nihil fūisset p̄trarium homini q̄ diu seruaret rectitudinē illius status. Alio mō

accipit fm̄ statū peccati et tūc etiā satis p uidetur de auxilijs p̄ h̄ q̄ sibi pfectur rō p̄ quāz p̄ seipsum munire p̄tra impugnationē. Et q̄a animalia bruta nō h̄nt rōnem qua se sic defen dant. ideo necesse fuit q̄ deus puidet illis aia lib⁹ de auxilijs naturalibus.

Arguitur. Si corpus humānū est p̄prium subiectū anime rōnalis. ergo anima rōnalis nū q̄ separatur a corpe. Sequela pbat̄. q̄a p̄prium act⁹ nō separatur ab eo cū⁹ est actus. Dōm q̄ corpus humānū accipit fm̄ dupl̄ Uno mō fm̄ q̄ est debite pportōnatū ipsi anime rōnali. et sic aia rōnalis nunq̄ separatur a corpe. Alio mō ac cipit fm̄ q̄ fit impropotionatum ad animā rōnale. et sic anima p̄t separari a corpe. q̄a tūc corpus nō est p̄pria pōna ipsius anime. Un p̄z q̄ maior simpliciter est vera et p̄prium actus nō separatur a p̄pria pōna fm̄ q̄ h̄mōi. id est q̄dū manet propria pōna tal'actus.

Queritnr quē sit sc̄da diffinitio aie. Dōm q̄ ista Anima est id quo primo viuum⁹ sentim⁹ mouemur et intelligim⁹. Et est bñ assignata. q̄a descriptio alicui⁹ rei ignote p̄ optime dari p̄ proprias passiones vel opationes q̄bus duci mur in noticiā ipsaz rerū. cū ergo iste p̄ticle. s̄ viuum⁹ sentim⁹ tē. sint p̄prie opationes aie. ḡ diffinitio est bene data de aia

Arguitur. Ista diffinitio dūcet potentias anime. ergo nō est bona diffinitio anime. probatur. q̄a pōna vegetatiua viuimus. et potentia sensitua sentim⁹. et potentia motiva mouemur et pōna intellectua intelligim⁹. Dōm q̄ ista p̄ticle primo cap̄t dupl̄ Uno mō vt tm̄ valet sicut proximū et sic est verū q̄ potentias p̄mo viuum⁹ sentim⁹ mouemur et intelligimus. Alio mō p̄mū tantū valet sicut principale. et sic dūcet anime q̄ est id q̄ pncipalit viuum⁹ sc̄z p̄ animā vegetatiua. sentim⁹ p̄ animā sensitua. et sic capitur primo in diffinitione ista. quis enī po tentia est proximū principiū viuēdi. i. opationū vitalū nō tm̄ ē pncipiū pncipale

Arguitur. Etia⁹ sic cap̄tēdō primo tm̄ cista diffinitio dūcet anime rōnali tm̄. q̄a illa est q̄ viuum⁹ sentim⁹ mouemur et intelligim⁹. Di cendū q̄ iste p̄ticle diffinitionis p̄t cap̄tēdō Uno mō riunctim et sic solū dūcunt anime rōnali. q̄a illa dūcunt est pncipiū viue di sentiendi mouendi et intelligendi. Alio mō accipuntur iste p̄ticle dūcunt sc̄z reddendo singula singulis. et sic ista diffinitio dūcet omnibus animab⁹. q̄a sub prima p̄ticle sc̄z viuimus intelligitur anima vegetatiua sub secunda sc̄z sentim⁹ intelligitur anima sensitua. sub ter

d i

# Liber

sc̄z mouemur intelligitur motina. sub vlt̄ia  
sc̄z intelligim⁹ intelligit aia intellectua.

Queritur Quō illa sc̄dā diffinitio demon/  
stret p̄mā. Dōm q̄ hoc nō. q̄a i'd qđ ē p̄nci/  
piū quo primo viuum⁹ sentim⁹ mouemur t̄ in/  
telligim⁹ est actu s̄ p̄mū substancialis corporis  
philici organici. Sed aia est h̄mōi ḡ r̄c. Est at  
ista demonstratio q̄a Lui⁹ r̄o est q̄a in ipsa p̄c  
d̄f ab effectu ad causam. talis aut̄ demonstra/  
tio est q̄a sicut p̄z primo posterior⁹. Sunt enīz  
moueri sentire intelligere effectus aie.

Queritur Que istaz diffinitionū sit mate/  
rialis t̄ que formalis. Dōm q̄ sc̄dā ē formalis  
t̄ prima materialis. q̄a in prima diffinitione  
ponit aliquid qđ se h̄z ex p̄te materie sc̄z corp⁹. s̄z  
in sc̄dā ponit aliquid quod se h̄z ex p̄te forme  
t̄ nihil ponit qđ spectat ad corp⁹. mouenter. ḡ  
p̄ma diffinitio dicitur materialis. q̄a dat p̄ ma/  
terialē a priori. t̄ sc̄dā dicis formalis q̄a dat p̄ opationē  
materialē a priori. t̄ opatio est forma.

Arguit a solo comp̄ diff̄riā. t̄ sc̄dā dicis formalis q̄a dat p̄ opationē  
materialē a priori. t̄ demonstratione p̄ter quid  
ergo sc̄dā diffinitio aie d̄z demonstrare p̄mā a  
priori cū sit formalis. Dōm ad primā p̄te  
assumpti qđ duplex est diffinitio formalis. Una  
q̄ est data p̄ forma t̄ illa h̄z demonstrare mate/  
rialē a priori sicut st̄tingit in duab⁹ diffinitione  
nib⁹ moris tertō philicoy. quaz prima demo/  
strat sc̄dā a priori. Alia est diffinitio formalis  
q̄ dat p̄ effectū forme. t̄ sic diffinitio formalis  
demonstrat materialē a posteriori. t̄ talis est se/  
cunda diffinitio aie. quia illa que ponunt in se/  
cunda diffinitione aie sunt effectus formarum  
q̄a vivere est effectus aie vegetatiue. t̄ sentire  
est effectus anime sensitivae moueri est effectus  
aie motive. t̄ intelligere est effectus aie intelle/  
ctive. Est tñ p̄siderandū q̄ aliqui volentes con/  
cordare duas opiniones adiuicē sc̄z an prima  
diffinitio demonstret sc̄dā a priori vel ecōtra  
ponit istā distinctionē. Quia iste p̄ticle in se/  
cunda diffinitione sc̄z vim⁹ sentim⁹ r̄c. p̄t  
duplī capi. Uno mō. p̄t dicūt essentiam vitæ  
le. sic q̄ iste dictiones significant effect⁹ cause  
formalis sicut dicit Aresto. postea q̄ vivere in  
viventibus est esse. t̄ sic sc̄dā diffinitio aie  
ssiones possunt esse vni⁹ speciei in diuersis spe-  
ciebus. sic est de potentia sensitiva in homine et  
in bruto. quia tales potentie sunt ex princi-  
piis anime sensitivae fīm qz hñmōi.

**A**rguit Ex hoc sequeret qz esset vna poten-  
tia sensitiva fīm genus in homine et in bruto.

Dōm qz non est inconueniens ab aliquo p̄n-  
cipio generis fluere aliquā formā specificā. sic  
patz de dyaphaneitate et albedine dyaphani-  
tas enī fluit ex principiis aeris. etaque fīm ali-  
qz coe in nominatū. licet dicit Aresto. in capi-  
tulo de visu. et tñ manifestum est qz dyaphani-  
tas ē forma specifica. Itē albedo est forma spe-  
cifica. et tñ est in diuersis specificē distinctis. sic  
quis aia sensitiva in hoīe et in equo sit alteri⁹  
speciei. tamē ex ea fluit vna forma specifica s̄z  
potentia visiva.

**A**rguit Omnis distinctio fit p̄ principia  
ergo male dicit qz nō debet sumi distinctio per  
principia. Dōm qz duplicita sunt principia. s.  
formalia. et penes talia dīnt res specificē distin-  
guunt. et sic distinguunt p̄ p̄prias dīntas qz dīntas  
qz nō coēgūlū circuloqz mūrū p̄ p̄prias dīntas ad act⁹  
et obiecta. Alia sunt principia materialia. et penes  
talitā principia accidentia non distinguuntur ni-  
si materialiter. et sic potentie nō distinguunt p̄ pe-  
nes principia subiectoz. s̄z penes principia p̄pria

**A**r. Nihil fluit phisice ab aliqz cōi. ḡ nō p̄t  
dici qz iste potētiae s̄l fluit ab aia sensitiva qz est  
aliqd coē i hoīe et i asino. Dōm qz coē caput  
duplī. Uno fīm intēriōre cōitatis. et sic ē vez  
qz a cōi nihil fluit phisice. qz tūc loy⁹ tractat de  
cōi et nō phisic⁹. Alio⁹ accipit coē fīm qz eriā in  
uenit i suis inferioribus. et sīca cōi aliqd fluit  
phisice. fīm ḡ p̄prie dictā locutōnē poss̄t sic di-  
ci qz phisice fluit aliqd a principiis cotractis. sed  
nō fīm cōem rōne. Exempli gra. Visus i hoīe  
fluit ex principiis hoīis. Visus i asino a prin-  
cipiis asini. s̄z nō fīm illā rōne fīm quā sunt prin-  
cipia hoīis et asini. sed fīm alia generaliorē rōne  
s̄z fīm qz illā principia sunt principia aialis. sed  
manifestū ē qz aial est res phisica.

## Quare p̄rio de ali.

Postqz Aresto. dixit dō potētia aīc i cōi qz ordi-  
ne dō eis sit determinatū. Hic determinat singu-  
lati dō potētia aīc. Et p̄rio dō potētia vegetatis  
Sed dō sensitivis ibi. determinat. at Tercō dō itel-  
lectia. th⁹ i. iii. li. ibi. de pte at. Quarto dō potē-  
tia motuā fīm locū et hoc ibi. de mouente aut

Ponuntur capitula  
Quodqz nō dō

# Liber

Arguit. Videi q̄ ista determinatio nō sit cōueniens. q̄ p̄termittit potentia appetituam. Dōm est duplicit. Primo q̄ Aresto. princi paliter determinat hic de istis p̄tibꝫ fm q̄ cōst̄ tuū gradus vite sed appetituū nō constituit gradū vite sicut dictū est. Scđo p̄dici q̄ de terminatio de appetituō simul fit cū determina tione de motiuō. q̄ appetituū est principium motiuī sicut infra dicit Aresto. ergo determinat in tertio hui⁹ diuersos esse appetitus quibus differenter possunt aīalia moueri. Determina do ergo de potentiis aīe. Primo determinat de vegetatuō ppter duas causas positas i textu Quāz prima est. Illa aīa est prior que ē fun damentū aliar̄ aīar̄. Sed aīa vegetatiua est hmōi. ḡ r̄. Maior p̄t q̄ fundamentū p̄ce dit fundatū. Minor p̄t q̄ organa sensuum fundant in pribus viuentibus aīa vegetatiua. Scđa rō stat in hoc. Illa aīa est prior que est cōmuniō sc̄ que in pluribꝫ inueniēt. sed aīa vegetatiua in pluribus inueniēt. Minor patet q̄ inueniēt in lentientibus et non lentientibus. Et deinde Aresto. in textu adiungit diffinitio nem aīe vegetatiue. Et dicit q̄ aīa vegetatiua est fm quā rebus inest viuere. Et hoc ideo q̄a principiū et principale principiū viuendi ē aīa vegetatiua. Deinde enumerat opa istius aīie sc̄ generare et vti alimento. Et est cōsideraduz q̄ sub ista p̄tcula vti alimento comprehendunt duo opa sc̄ opus nutritionis et augmentatio nis. Sicut ergo sunt tres potentie aīe vegetatiue. ita etiā sunt tria opa aīe vegetatiue sc̄ gerare. nutritre augmentare.

Arguit. Aīa intellectiua est prior. q̄ est p̄fectior alijs aīabꝫ. ergo aīa vegetatiua nō est pri or. Dōm q̄ aīa intellectiua ē prior fm viaz p̄fectionis. sed nō fm viā generatiōnis. imo vt sic aīa vegetatiua est prior vt pbatis est.

## Naturalissimū enī

Quia nūc dictū est q̄ generare et alimento vti sunt opa aīe vegetatiue. Inter pbatis primā par tem sc̄ de generare et non fuit necesse pbare alijs p̄tem. q̄ Aresto. circa primā diffinitiōnē aīe q̄n diffiniuit vitā habere posuit duo opa sc̄ nutri tionem et augmentationē. fuit ergo nūc necesse hic pbare aliud opus videlicet generare. Uel vt etiā dici q̄ in textu sequēti sc̄. Est aut̄ aīia Aresto. pbatis generaliter. q̄ aīa vegetatiua ē p̄cipiū viuendi quo ad oīa opa. Probat ḡ sic de generare. Illa opatio que pertinet ad om̄es viuē tes est opatio aīe vegetatiue. Sed generare est opus q̄d spectat ad oīes viuentes tanq̄ natura lissimum nūl talia viuentia sunt imperfecti sicut

# Secundus

pueri qui sc̄ nondū venerunt ad p̄fectū statu viuendi. vt aīalia nouiter genita. vel orbata. i. priuata principiū generationis. vel genitalibꝫ siue hoc contingat ex natuūte siue ex impedi mento supueniente vt castratione. vel nisi ha beant spontaneū generationē. i. que vident p̄ prie et sponte generari. Dicit spontaneū p̄ similitudinē. q̄ vident ex p̄pria voluntate generari et non agens p̄tculare extrinsecū adiunctū. generant enī talia p̄ solā influentiā corporis cele stū ex materia ad hoc disposita. Maior pbatis q̄ aīe vegetatiue ē vitā dare. Illud ergo q̄d cōuenit oīibus viuentibꝫ hoc ē ab aīa vegetatiua q̄ facit vitā. Minor p̄bat Aresto. q̄ vnum qdq̄ ens creatū appetit affiliari diuino eē. sed talis assimilatio fit p̄ generatiōem. ḡ ē natura le viuentibꝫ appetere generatiōem. Maior p̄t q̄ oīa q̄ agūt p̄ naturā agūt ppter talē assimi lationē. Lui⁹ rō ē. q̄ oī ens creatū ē imperfectus in ordine ad diuiniū ē cū ḡ. oī ipse p̄fectus appetit p̄fici aliq̄ p̄fectōe quā nō h̄z. cū ergo oīs p̄fectio nes sint in deo sic appetit assimilari diuino esse. Circa q̄d tñ Aresto. distinguit q̄ duplex est fi nis rei sc̄ finis quo et grā eē. Intēdit ḡ Ares to. q̄ res viuētes appetit generatiōem sicut hi nē q̄ ē forma ac̄sita p̄ generatiōem. sed appetit diuinā similitudinē sic finē grā cū et ultima tñ. Minor p̄t q̄ duplex ē p̄ditio diuini esse. Una ē q̄ diuiniū esse ē p̄petuū. Scđa ē q̄ diuiniū ē cā oīm alioz. In his ḡ duobꝫ viuētia sūt silia deo p̄ generatiōem. Pr̄io quo ad p̄petuitatē essendi. q̄r viuētia nō p̄nt manere eadē nu mero cū sint corruptibilia. ḡ oī q̄ p̄petuitas i eis sumat penes spēm. q̄r ḡ p̄ generatiōes spēs diffindit. ḡ p̄ generatiōem aliqd ac̄qrit p̄petuitatē q̄ ē coditio dei. Itē p̄ generatiōem aliqd est cā geniti. Et iō sic dē ē cā oīm rez. ita generās est cā geniti. Ex q̄ pludit Aresto. q̄ p̄ generatiōne aliq̄ res manet quodāmō perpetua vel fit p̄petua nō fm idē i numero. sc̄ fm idē i specie.

Querit. Utrū naturalissimū opūz i viuētibꝫ bus sit generare sibi sile. Dōm q̄ sic. Et hoc pbatis tribꝫ rōnibꝫ fm q̄ tres sūt modi nature. Pr̄io capiſ natura vt ē principiū mouēdi r̄. Scđo capiſ p̄ specie. Tercio capiſ vt opponi tur huic q̄d ē violētū. Et ḡ p̄ma rō. Illud est naturalissimū q̄d cōuenit viuētibꝫ et etiā alijs rebꝫ naturalibꝫ. Sed generare etiam cōuenit alijs rebus naturalibꝫ. ergo est naturalissimū. Minor p̄t. q̄a ignis generat ignē. aqua aquā que sūt pure naturalia. Scđa rō. Illud opus d̄r naturalissimū p̄ q̄d ac̄qrit natura. sc̄ p̄ opus generatiōis ac̄qrit natura siue specieser go est naturalissimū. p̄ nutritiōnē enī p̄seruat

14. p. 22. v. 22. l. 22. r. 22. f. 22.  
14. p. 22. v. 22. l. 22. r. 22. f. 22.

# De

xxi

# anima

individuum per augmentacionem acquirit perfectam qualitatem individui, cum etiam non sit natura. sic illa opera non vocantur naturalissima ex parte minorum, quod non terminantur ad speciem. Tertia ratio est Hoc est naturalissimum ad quod natura magis inclinat. Sed ad opus generationis natura magis inclinat, et est opus naturalissimum, quod quoniam natura in detrimentum sive corruptioem individui nuntiat conservare speciem. sicut Aristoteles dicit de logitudine et breuitate vite quam aialia multi coitus sunt brenis vite ut passeres. Et sic opus generationis dicitur naturalissimum tripliciter. Primo ex parte materiali sive subjecti, quod in rebus pure naturalibus inuenitur. Secundo ex parte termini, quod natura sive species acquirit per generatores, sicut dicit secunda ratio. Tercio ex parte finis, quod ad eam naturam inclinat ut ad finem sicut dicit tercua ratio.

Arguitur Si generatio repicit in rebus pure naturalibus, ergo non est opus aie vegetatiue.

Dicitur in generatore accipit duplum. Uno modo generaliter et sic non solum repicit in rebus viventibus, sed etiam in non viventibus, et sic non debet generari esse opus aie vegetatiue. Alio modo accipit generatio specialiter, sed quod sit a principio intrinseco et sic est opus aie vegetatiue. Tripliciter ergo differt generare quod inuenit in viventibus ab illo generare quod est in pure naturalibus. Primo quod generatio in viventibus est a principio intrinseco, quod semen decimus ab aiali est in prima potentia ad hunc quod sit per ipsum viventibus et ideo sibi debet intrinseco non sed potest, primaria quod per se deest nihil ducere videtur. Circa quod sciens dum quod in hoie in aiali profecto est triplex digestio. Una est digestio que est in stomacho et ibi separatur purus ab impuro et impurum mittit ad intestinum, purus autem mittit per epato, in epato ergo fit secunda digestio et iterum separatur purus ab ipuro et tunc per cordis et potestia nutritiva vel per distributiva secundum medicos in corde ex his distribuit illud nutrimentum sic collectum secundum quod conatur sigillum membris. Ista ergo materia sic collecta est in prima potentia ad hunc quod vivatur culibet membro aiali. Quia igitur natura maxime intendit generationem speciei sic mittit unam per illum materie quod debuit aggenerari culibet pri aiali vel viventi ad vas seminalia aut et ea fiat generatio. Dicitur ergo illa materia seminalis a qua fit generatio intrinseca ipsi generati non secundum actum quod nunc sicut per generantur sed secundum primam potentiam, quod illa materia est sic disposita quod nisi fuisset transmissa ad vas seminalia ipsa fuisset unita culibet pri viventi. Et ista est causa, quod ista virtus seminalis potest producere hominem similem generantem.

tunc ei sit per virtutem in tali semine existentem.

Arguitur In omni generatore sit resolutio velque ad materiam primam, et ista virtus formativa in semine corruptif et per se non potest fieri generatore, virtute aliisque decimae. Dicitur quod in generatore viventis sit duo principia secundum passionem quod est materia, ex qua sit generatio, et hunc in viventibus amministratur a matre vel ab illo quod habet conditionem materialis ex tunc principio sit substantia geniti et tunc est verum quod sit resolutio in tali embrione velque ad materiam primam. Alia est pars effectiva co-occurrens ad generationem et amministrata non intrat subiectum geniti sed solus agit ad hoc quod forma introducat in materiam si sit forma introducibilis per agem naturale sicut sunt anima vegetativa et sensitiva, vel disponit materiam ad hunc per agem superior formam introducat, sicut contingit in generatore hominis. Exemplum ad ista est, ut in ovo pullus generatur ex vitello omni sicut ex materia, et album omni est nutrimentum pulli. Unum autem formam continet co-ungit vitello et talis virtus consistit in humiditate quod humido per ductum pullu evanescit et expirat. Ex hunc potest aliquis correlaria elicere. Primum est quod sicut in nullo effectu intrat ea efficiens secundum substantiam ita nec etiam in generatore aiali virtus formativa intrat subiectum geniti. Secundum potest elicere quod res plus sequitur quantitate misera quam patris, quod non administrat materiam ex quo tunc se constitutas. Secunda dicitur principalis quod generatio in viventibus sit per decimam seminis, sicut plate generatur ex semine plate porus, sicut autem non est in generatore pure naturalium sed in illis generatio sit per conversionem vestrum in alterum, ut ignis generatur a igne in lignis per conversionem lignorum in ignem. Tercia dicitur quod virtus per quam sit generatio in viventibus manet per corruptionem principalem agentis, et ideo hunc eundem effectum que haberet si principale agere non esset corruptum. Sicut autem non est in inanimate, quod cessante principali agere non potest fieri generatio, quod talis virtus generantis non sit esse separata a generatore sicut in viventibus.

Arguitur. Hoc quod est naturale omnibus viventibus conuenit omnibus viventibus, sed generare non conuenit omnibus viventibus sed nutriture, quod ut debet in textu, imperfecta viventia non generantur, neque obvata neque illa que habent spontaneam generationem, ergo actus nutritoris debet esse naturalior. Dicitur quod aliqua opera potest dici naturalior et duplum. Uno modo extensio est quod extendit ad plura in quibus inuenitur, et sic opera nutritoris est naturalior quam generatio, quod est coior. Alio modo debet aliqua opera naturalior intensione, quod est natura magis inclinata ad taliter operationem, et sic generatio est naturalior. In quibus enim omnia ista opera simul inueni-

# Liber

## Secundus

ut ibi generatio est opus perfecti<sup>9</sup>, tñ a genera  
tione tria excipiuntur scz imperfecta orbata et habe  
ria spontanea generationem.

Arguit. Opatio intellectua est naturalior  
qz generativa, qz hō est maxime sensus intellectus  
qz est sibi magis naturalis. Dōm qz genera  
re nō dī cōparari ad opatōes cuiuscunqz pōne  
sed ad opatōes pōnāz anime vegetativi ut sit  
sensus generare sibi sile est naturalissimuz op  
eruz inter ista opa. s. nutritive. augmentare et gene  
rate, et sic cōcedit argumentuz qz nō est hō ppo  
Arguit. Nutritio est naturalioz. C situz  
qz est magis necessaria cū aia sine nutritio est ma  
gis sollicita circa nutritionē qz generatōe.  
Dōm qz natura duplicitē sollicita circa aliqud  
Uno mō absolute, et sic est magis sollicita cir  
ca generatōe. qz qnqz pfectū nutritōis dispo  
nit natura materia p generatōe. Alio mō natu  
ra est sollicita circa aliqud ex suppone. et sic est  
magis sollicita circa nutritōe qz nutritio subser  
uit ad generatōe, et ideo natura ē sollicita pro  
nutritōe ut possit fieri generatō. Et hoc est qd  
sub alijs sibis dicit qz nutritio capit duplicitē  
C Uno mō absolute et sic natura nō est sollicita  
p nutritōe. Alio mō accipit fm qz subseruit ge  
neratōi, et sic natura est sollicita p nutritōe. Et  
per hoc soluit replica qn arguit. natura p gene  
ratōe totalis corrīpt. vtz in multis. qz natu  
ra nō erit sollicita p generatōe sed p nutritōne.

Dōm qz natura accipit duplicitē. Uno mō  
fm qz est in individuo, et eo mō corrīpit per  
se, et sic ē vez qz qnqz generatio tendit i corrupti  
onē nature fm qz est in individuo. Alio mō  
do accipit p significat spēm. et sic natura nun  
qz destruit p generationē sed pseruatur p eam.  
Arguitur. Magis naturale est qz aliquid  
conseruat seipm qz alterum, sed p nutritionem  
aliquid conseruat seipsum et p generationē al  
terum. Dicendum qz aliquid conseruat se  
ipsum duplicitē. Uno modo in numero, et hō  
fit p nutritionē. Alio modo conseruat seipm  
in specie, et hoc fit p generationem. Tunc dicē  
dum est qz magis naturale est in omnibus vi  
uentibus qz aliquid conseruat seipm in specie,  
qz impossibile est seipm conseruare in numero  
et ergo inclinatio naturalis est ad hoc qz aliqud  
conseruat seipsum in specie, quia tñc potest res  
in specie ppterari, qd nullo mō potest fieri in in  
dividuo corruptibili. Et nota qz omnia ista ar  
gumenta pcedit cōtra tertiam rationē posita ad  
hoc qz naturalissimū opm i viuentibus tē.

Queritur. Quis sit ordo istoz actuū. Et  
hinc est ratō ordinis. Dicendū qz in istis ope

ratōibus potest assignari duplex ordo. s. gene  
ratōnis fm quē procedit ab imperfectis ad per  
fecta, et sic actus nutritōnis pcedit actum aug  
mentatiōnis, et actus augmentatiōnis precedit  
actum generationis. Sed fm ordinem pfecti  
onis est ecōtra. Et ratio ordinis sumitur ex tri  
bus rōnibus. Prima est qz actus nutritōnis  
ordinatur ad conservandū individuū, actus  
augmentatiōnis ordinatur ad pfectiendū indi  
viduū fm determinatā quantitate. Actus ge  
nerationis ordinat ad conservandū rem in spe  
cie, sicut g species ē dignor et prior individuo  
fm viam pfectōnis. Ita etiā generatio qz quis  
generatio p̄supponat nutritōem et augmentati  
onem. Secunda ratio qz nutritio est primus  
actus fm viam generatōnis ex qz p̄supponit  
a generatōe et augmentatione, qz generato est ul  
tima opatio fm viam pfectōnis et non ecōtra.  
Tertia ratio stat in hoc qz p actionē generati  
ui ipsa anima vegetativa habet cōuenientiam  
cum aia sensitiva, quia sicut anima sensitiva p  
suis potētias se extendit extra suū subiectum  
qz agit in colore p pōnāz vīsiū que est extra  
subiectū, sic etiā p potentia generatiā ipm vi  
uens se extendit ultra suū subiectū pducendo  
genitū, qd est extra substantiā generatis.

## Est autē anima cor

Postqz Aresto ostendit qz operatio vegetativa  
est ab anima vegetativa. Ja consequenter ostē  
dit hoc de omnibus operationibus anime ve  
getative. Dicebant enī antiqui qz iste operatio  
nes scz nutritiū et augmentatiū non puen  
tent anima, sed ex natura. Et hoc sic pbabat  
qz sicut natura vītē in suis operationibus quali  
tatibus acutis et passiūs, sicut ignis calefacit  
calore, ita etiā anima vegetativa facit suas opati  
ones p qualitates naturales. Probat g Aresto  
qz aia est principium corporis viuentis in tri  
plici genere cause, scz formalis, finalis, et efficiē  
prima est. Illud qd dat eē corpori est forma cor  
poris, sed aia dat esse corpori. glaia est forma cor  
poris. Maior p ex diffinitōe forme, qz forma  
est que dat esse rei. Minor, pbat i ter, qz aia  
dat viuere, sed viuere i viuentibz est esse. Pri  
ma p patet qz separata aia a corpore corp' nō vi  
uit. Scda rō est. Illud qd est actus corporis ē for  
ma corporis, sed aia est actus corporis. g aia est cau  
sa formalis corporis. Maior p ex diffinitōe aie in qua  
dicit qz aia est actus corporis tē.

Arguit. Unire i viuentibz ē operā, g nō ē eē.

# De

xxvii

D[omi]n[u]s q[uo]d viuere accipit dupl[er]. Uno mō p[er] viuere vita p[er]ma, et sic sicut effectū formalē ipsius ait, et nihil aliud ē tunc viuere q[uo]d esse aiaz i[n] corpore et informare corp[us]. Unū dicit Aresto, p[er]mo elēchoz, q[uo]d aia et vita idē sit et sic viuere i[n] viuētibus ē esse. Alio mō accipit viuere, p[er] opatōe vitali cōsequente aiaz existentēz in corp[us], et sic viuere est opari vitali, et sic videre ē viuere, audiēre est viuere et sic de aliis.

## Ba[si]festūm autem

Consequēter p[er]bat scđam partē scđ q[uo]d aia est cā finalis ipsius corporis, et h[ab]et. Sicut se habet intellectus practic[us] in disponēdo materiā artificiale, ita se h[ab]et natura ad materiā naturalez, s[ed] intellectus p[er]tinet disponit materiā artificiale, ppter formā artificiale, g[ra]du natura disponit materia naturale, ppter formā naturalez. Sed h[ab]et q[uo]d est ppter alterū est finis e[st] g[ra]du aia est finis dispositio[n]is materie. Et addit Aresto, q[uo]d nō soluz aia est finis corporis, s[ed] etiā oīm naturaliū. Et h[ab]et sic p[er]bat, q[uo]d sp[iritu]s p[ri]ncipale est finis instrumentoz. Sed d[omi]n[u]s naturalia ordinātur in aiam sic quē dā instrumenta quib[us] viuāt aialia, g[ra]du aia est finis oīm naturaliū. Minor p[er] q[uo]d plante nutrūnt ex mixtis, et g[ra]dua ordinātur in plātis, et aialia nutrūntur plātis, sic plāte ordinātur in aialia, et homo nutrit ex aialib[us], sic aialia ordināt in hominē, et sic p[er] q[uo]d homo ē finis oīm naturaliū. S[ed] addit Aresto, q[uo]d duplex est finis, s[ed] q[uo]d er gra cu[us]. Per quā distinctionēm intendit q[uo]d aia nō est finis simpl[er] ultimat[er] ipsoz naturaliū sicut finis gra cu[us], sed ē finis q[uo]d mediāte natura lia tendit in deū sicut i[n] finez gra cu[us]. Unū d[icit] i[n] ecclesiastico. Omnia p[er] seipm[er] creavit d[omi]n[u]s, et sic ipē est simpl[er] finis oīm naturaliū q[uo]d omnium rerum creataruz.

Querit Utrū h[ab]et possit dici finis oīm rerū. D[omi]n[u]s q[uo]d sic, q[uo]d quodāmodo om̄is res creare sunt ppter hoīez. Sunt ei in rebus quedā res artificiales, qdaz naturales, qdaz supernaturales sive sp[iritu]nales. S[ed] omes iste res sunt ppter hoīez, g[ra]du est finis oīm rex cretarū. De rebus artificiālis dicit Aresto, u[er]o phoz, q[uo]d h[ab]et est finis oīm artificialiū. Et rō illius ē q[uo]d artificia lia sunt ab intellectu huāno, et iō sunt in iuuāmentū naturaliū, g[ra]du naturalia deficit artificia lia iuuāt. Et iō si sunt aliqua p[er] arte quib[us] hoīez nō iuuānt, vel q[ui]tu[rum] ad subaz artificia liū, vel q[ui]tu[rum] ad modū faciendi artificialiā iāhō debent dici artes sed abusiones. Et iō ars facie di tarillas ē prohibita q[uo]d illis hoīez vt in pluri[m] abutūntur. In hoc scđo Aresto dicit q[uo]d ho

## Anima

mo est finis oīm naturaliū, q[uo]d h[ab]et ex omnibus naturalibus iuuāt. Iuuāt ei ex celo et terra et alijs elementis et oībus mixtis. S[ed] q[uo]d h[ab]et est finis subaz sp[iritu]naliz nullibi potitur ab Aresto. Sed scđ Thomas hoc idē p[er]bat sic in scđo scđo, q[uo]d sube sp[iritu]nales vel sunt bone et in bono p[er]firmate, et sic adiūstant hoīibus et sic sunt ppter homines sicut mistri. Et hoc est q[uo]d dicit apl's q[uo]d ille sube administratorū sp[iritu]s sunt ppter eos q[uo]d hereditatē capiunt salutis. Aut sube sunt in malo obstinate, et tunc tales sube p[er]sunt homini p[er] accidē ad exercitia q[uo]d p[er] hoc q[uo]d homo resistit tem[per]tūbus et malicijs taliu[rum] sp[iritu]num sic acq[ui]rit bonū victorie et meriti.

## Altuero et vñ prin

Hic consequēter Aresto, p[er]bat tertiacā p[er]tz scđ q[uo]d anima est p[ri]ncipium et cā efficiēs corporis. Et hoc sic p[er]bat. Omnis forma corporis naturalē est p[ri]ncipium corporis. S[ed] anima est forma naturalē, g[ra]du est p[ri]ncipium corporis finē q[uo]d in corpe est motus. Maior p[er] exemplari, q[uo]d forma ignis est p[ri]ncipium motus ignis. S[ed] minor est manifesta. Sed posset alijs dicere q[uo]d motus q[uo]d sunt in corpore animato sunt a natura. Sic addit Aresto, q[uo]d isti motus sunt solū in viuentibus et habentib[us] animā. Ex q[uo]d sic arguit. Illi motus sunt ab anima q[uo]d solū inueniuntur in habentib[us] animā sed isti motus solū inueniuntur in habentib[us] aiam scđ motus localē p[er]gressus et motus finē augmen[tu] et decrementu q[uo]d nihil sentit nisi q[uo]d h[ab]et aia nequāliq[ue] augeat et decrescit nisi quod alit. q[uo]d nihil alit q[uo]d nō coicet vita, g[ra]du de p[er]mo ad ultimā hoc alit soluz q[uo]d habet animā.

Querit Ultrū anima sit cā et principium corporis in triplici genere cāe. D[omi]n[u]s q[uo]d sic ut patz in tertu, scđ in genere cāe efficiētis formalis et finalis.

Arguit. Format efficiens nunq[ue] coincidit in unū numero, g[ra]du anima est forma corporis non pot est cā efficiēs eius. D[omi]n[u]s q[uo]d forma et finis nō coincidit in idez numero in ordine ad eundez effectū sed bene in ordine ad diuersos effectus sicut est hic. Et hoc sic p[er] q[uo]d corpus accipit dupl[er]. Uno mō finē q[uo]d est absolute animati, et sic anima est e[st] cā formalis, q[uo]d h[ab]et esse aiatuz est ab anima. Alio mō accipit q[ui]tu[rum] ad eius organisatōes augmentū et p[er]fectōes secundas q[uo]d etiā sunt in corpe et sic est cā efficiens. Et hoc est q[uo]d alijs dicunt, q[uo]d anima est causa formalis corporis q[ui]tu[rum] ad actuz primuz sed est cā efficiens in ordine ad actuz scđom.

Arguit. Anima nō est causa efficiens p[er]sec-

# Liber

tionum scđarum in corpe. qz tunc esset aia causa suarū potētiarū. qd est impossibile. qz nihil agit p suā essentiā effectiū p̄cē primū principiū.

Dōm q̄ duplē ē causa efficiēs creata. Que dā est principalē efficiēs Alia autem est min⁹ principaliter efficiens sive subeffectiua. Lo quēdo ḡ de p̄ncipali cā efficiēte. sic nulla cā efficiēs creata p̄t agere p suā essentiā s̄ bene subeffectiua cā. i. sedarie effectiua sicut est de aia qz ponie aie fluit ab aia nō sicut a cā principalē actiua. sic enī deus ē cā potēciāz aie rōnalis sic etiā m̄ est cā aie Iusta regulā p̄mētoris. viii. qz h̄o. dans formā dat p̄na formā. cuz ḡ deus dat aiam s̄z rōnalez s̄l cocreat illa que naturaliter sequitur aiaz rōnalem qualia sunt potentie aie. Dicif at aliqua cā effectiua q̄ p̄ncipaliter z p̄prie agit effectū. Et d̄r cā subeffectiua p̄ cui⁹ mediuz effectus pdūcif. sic ḡ deus nō pdūcif ponas nūl p̄ aliam. ḡ p̄t anima dici cā subeffectiua. Uel aliter dōm q̄ duplē aliqd. p̄cedit ab alio. Uno mō p̄ reale transmutatiōm et sic non p̄t ab aliq ente creato aliquid pcedere nisi p̄ p̄na mediaz. Alio mō aliqd ab alio pcedit p̄ simple emanatiōz. z sic p̄t etiā ab aliq ente creato aliqd effectiue pcedere sicut potentie aie fluit ab aia.

Arguit. Causa efficiēs p̄supponit suo effectui. sed aia nō p̄supponit corpori. ḡ nō est causa efficiēs corporis. p̄bāt qz materia est ante formā. Dōm q̄ corpus accipit duplicit. Uno mō fīm suaž subaz z sic corpus p̄supponit aie. qz aia vñit in corpī dispository aliquibus dispositiōibus que dispōnes nō sunt nisi in materia forme p̄supposta. Alio mō accipit corpus qz tñ ad debitū augmentū. z sic aia presupponit corpori. qz aia est an p̄plerā cōstatē corporis.

Arguit. Anima est intrinseca forma corporis. ḡ non est causa finalis corporis. Dōm q̄ aia accipit duplicit. Uno mō fīm eius essentiā. et sic aia ē extrinseca corpori. qz essentiā z natura aie multū distant a natura corporis. sicut supdicit Arestote. q̄ actus z pōna non p̄z dñt. Alio mō accipit aia fīm q̄ informat corp̄. z sic aia est cā formalis corporis z intrinseca. Prīo autē mō est cā finalis z extrinseca corporis.

# Empedocles enim

Postq̄ Aresto. posuit veritatē s̄z q̄ aia est principiū effectiū opationū vitaliū. i. illarū op̄rationū que sūt in corpe viuente. Lōsequēter excludit duos errores q̄ lunt h̄i ad talez veritatē s̄z ipsius Empedoclis z democrati. Dicit enī Empedocles q̄ opatōes nutritiōis non s̄c

# Secundus

rent ab aia sed a natura ignis z terete. Democritus autem dixit opationes aie esse a natura i gnis tm̄. fuit ḡ opinio Empedoclis q̄ augmētatio z nutritio fierent in plantis ex hoc q̄ in plantis eslet quedā terrestris natura p̄ quā naturā terrestre nutrirent radices. z illa que sunt inferius i arbore. z nutritiēt plante sursuz ppter ignē qui naturalis aliqd mouet sursuz. qz cī Empedocles dixit effectus p̄uenire i rebus ex necessitate materie. iō dixit q̄ nutritiū necessitate materie moneret sursuz z teoruz. Tūc reprobat ista opinione duabus rōibus quārū p̄ma est. Quia Empedocles male accepit suruz z teoruz in plātis. qz hoc qd̄ dixit esse suruz h̄ est teoruz. qz nō codē modo sumit suruz z teoruz in plantis sicut i toto vñuerso. qz in toto vñuerso hoc ē suruz qd̄ est versus celuz. sed in vñectibus hoc ē suruz vbi vñies sumit nutritiū. qz ḡ p̄ radices plātē sumit nutritiū manifestū est q̄ radices sunt surūn in plantis. Et hoc ē qd̄ dicit Aresto. q̄ sicut se habet caput in aialibus. ita radices in plātis. Et hoc iō. qz illa instrumenta h̄nt se eodē mō q̄bus sūt eadē opa. z eadē opa sūt p̄ radices i arborib⁹ z p̄ caput i aialib⁹. i. accepto nutritiū

Querit. Utz in omnib⁹ eodē mō sumit suruz z teoruz. Dōm q̄ nō. qz in quibusdā rebus sumitūt differētē positionū quo ad nos. in qbusdā at fīm naturā rei. z in vtrīq̄ est dñna. Unī quo ad nos sumit dñne positionū triplicēt. s̄z p̄ utrapositiōz. z p̄ contrapositionē. z p̄ simile positiōz. Per utrapositionē hoc dicit dñt qd̄ ponit uita textuz nostrā. Et hoc sinistru qd̄ ponit iuxta sinistru nostrā. Per ḥpositionēt sicut in imagine resultate in speculo. qz in imagine hoc d̄r textū qd̄ cōtraponit dextro nostro. Et hoc sinistru qd̄ p̄ponit sinistro nostro. Et hoc iō est. qz imago in speculo h̄rio mō resultat i speculo qz in imaginib⁹ sive statu illa manus d̄r dextera q̄ habet similitudinē cī dextra nostra. Dicuntur at sumit dñne positionūt q̄ ad nos q̄ p̄tes rei in quib⁹ sunt tales dñne non distinguntur fīm diuersas virtutes. Qn at p̄tes sumunt fīm diuersas brutes. tunc sumunt dñne positionūt fīm naturā rei in talī re. sicut p̄t in hoīe. qz alia ē virtus in hoīe fīm suruz teoruz ante retro dextez et sinistruz. sed hoc non est in statua. Alio mō inueniunt dñne positionūt fīm naturam rei. z tunc differētē inueniunt dñne positionūt in celo in vñuerso corruptibili s̄z in elemētis et in aiatis. In celo inueniunt sex dñne; positio-

hunc fum q̄ pres hñt alia & alia influentiam ad influentiam aie nobilis. & ideo i celo sumuntur ille drne que sunt fum diuersas virtutes i diuersis ptibus. Estenī alia virtus in polo articulo et antartico fum quas sumit sursuz & dorsuz. Itē est alia virtus in oriente & occidente fum quas sumuntur dextrā & sinistrā. Itē alia est virtus i medie et septentrione fum q̄s sumuntur an & retro. sicut p̄t scđo celi. Sed i vniuerso corruptibili sicut in elemētis sumit sursuz & dorsum fum motū localē graui & leui. Sed in aiatī sumit iste drne positionē fum opa vitalia. sumuntur enī sursuz & dorsuz fum motū alimenti. q̄z hoc ē sursuz vbi aiatuz recipit nutrimentuz. et hoc est dorsuz vbi nutritur supflua. Sed an et retro sumuntur fum motū sensatōis. q̄z hoc ē ante vbi viget sensus. & hoc ē retro vbi non vident sensus. Sed dext̄ & sinistr̄ sumuntur fum motū localē in aiali. q̄z hoc est dext̄ vbi naturaliter incipit motus. Et hoc sinistr̄ vbi naturaliter desinit motus. Ex q̄bus p̄z in quib⁹ inueniuntur iste drne positionē. q̄z in oib⁹ hñtibus nutritōes inueniuntur sursuz & dorsuz. & i oib⁹ hñtibus sensuz ante & retro. & in oib⁹ habentib⁹ motū localē dext̄ & sinistr̄. In quibus at si inueniuntur sicut i pfectis aialibus ibi etiā inueniuntur om̄s drne positionē. Se cūda rō est. si in aliq̄ viuēte sunt sil ignis & terra. tunc seq̄tur q̄ hoc viuēs nō possit permanere in sua p̄sistētia. Qd̄ sic p̄bat. q̄z ignis & terra sunt hñria. & naturaliter mouetur ad contraria loca nisi aliqd̄ cōtineat ea. op̄z ḡ aliquid pone re in viuēte qd̄ p̄tinet illa hñria sicut aia. ḡ aia d̄z dici cā augmentatōis nō ignis & terra.

Arguit. Nutrimenta mouetur dorsuz. salte grossiora subtiliora sursuz. ḡ seq̄t q̄ et natura terre & ignis fiat nutritō. Dōm q̄ dispositio nutritōe fum calidū & frigidū subsernit bene nutritōni. q̄z grossiora p̄ grossiora nutritēta nutriti. tñ nutritōis cā non est dispositio nutritēti sed aia que mittit nutritēta ad diuersa loca.

## Widetur autēz qui

Hic ponit scđs error circa aia vegetatiāz qui est Democriti q̄ dixit q̄ nutritō & augmentatio sunt a natura ignis & n̄ p̄ aia vegetatiā. Dif fert ḡ hec opinio ab opinione Empedoclis q̄ ip̄ dixit nutritōe fieri ab igne & terra sil. Sz Democritus dicit nutritōe fieri soln ab igne. Et hoc sic p̄bat. q̄z nutritō & augmentatio sunt p̄ calorē naturalē. oport̄ ei alimetum decoqui autēz vniā substātē aliti. sed calor ē ab igne

ignis est cā nutritōis & augmentatōis.

## Hic autem concav

Hic Areto. reprobat istū errorē Democriti. & dicit q̄ ignis sive calor ignis ē bene cōcausa. i. instrumentalis cā nutritōis. q̄z sicut dictū ē. ne cesset cōcurrere calorē ad nutritōes. sed non p̄t dici q̄ ignis sive calor sit p̄ncipalē cā nutritōis & augmentatōis. q̄z tñ viuēs naturaliter accipet quācumq̄ indeterminataz q̄titates per nutrimentū. q̄z ignis crescit i infinitū apposito p̄bustibili. s̄ h̄ est impossibile. Qz oīm natura cōstantiūz certus ē tñm⁹ magnitudinis et augmenti. Est ḡ talē certitudo sive determinatō q̄titatis nō ab igne. q̄z ignis fum se non h̄z certū terminū est. ḡ ab aia. determinare ḡ rem non spectat ad materiā que est de se incerta sed spectat ad formā que est de se determinata & pfecta

Arguit. Entia naturalia sunt determinata ad minimū & maximū. p̄mo p̄hoz. ḡ non p̄t ignis crescere in infinitū. Dōm q̄ ignis cap̄t tripliciter. Uno mō ex pte sive materie. & sic ignis nō p̄t creare in infinitū. q̄z est determinata materia i vniuerso q̄ est ignibilis q̄z materia que p̄t fieri ignis est materia elemētorū et microz. & supposito q̄ illa esset p̄uersa i ignē adhuc ignis ēt finitus. Alio mō cap̄t ignis fum q̄ est p̄ totius vniuersi. & sic iterz non p̄t esse infinitus. Et hoc iō q̄ si ignis esset infinitus tñc destrueret totum vniuersuz. q̄z conuerteret om̄s pres vniuersi i sua naturaz. Et q̄ vniuersuz p̄sistit in ordine partū diuersarū sic cessaret vniuersuz & soluz esset ignis. Tertō mō cap̄t ignis ex pte sive forme & sic ignis nō habet determinationē ad certā q̄titatez. & sic locatur hic Areto. sic autē h̄z omne aiatuz materiam determinate q̄titatis. q̄z in aiatī non p̄t ḡ materia indeterminate q̄ta q̄z si ēt indeterminate q̄ta tñc aia nō informaret illā materiā. Exempli grā. Repugnaret hoī ex pte aie huāne q̄ sive corpus ēt indeterminate q̄titatis. q̄z n̄ haberet operationes suas. sed h̄ non repugnat ignis ex pte sive forme nō restringitur ad certā materiā seu ad certā q̄titatē materie. Intellectus ḡ textus ē. q̄ ignis crescit i infinitū ex pte sive forme. q̄z non repugnat sive forme q̄ sit in materia indeterminate q̄ta. sed aiatā req̄runt certā materiā ex pte forme. Etiaz dōm q̄ ista p̄pō est cōditionalis c̄ ambe ptes sunt false. & tñ tota cōditionalis est p̄a sicut illa. si asin⁹ volaret tē. cui⁹ ambe ptes sunt false. & tñ tota cōditionalis est p̄a. Siliter etiā si igni apponere p̄bustibile infinitū ignis cresceret i infinitū

# Liber

Querit. Utz calor qui est cā nutritōis sit eiusdem spēi cuz calore ignis. Dōm q̄ est idē calor spēi numero q̄ facit nutritōes instrumētaliter ut calor ignis in ipso aiatō. Et h̄ p̄batur q̄ om̄e mītū p̄fectū q̄le est mītū aiatū h̄z in te calore ignis. s̄i ḡ p̄f̄ talē calore ignis est et alijs calor tunc duo accnā tm̄ numero dif̄erētia essent i codē subiecto. nō ei p̄t calor factēs nutritōes ecē alteri spēi. q̄ sic p̄t dcm̄ est aia vegetatia vtiſ naturalib⁹ q̄litatibus erit am efficiēt. vtiſ ḡ calore ignis ad efficiendū nutritōes. t̄ iō calor qui nutrit instrumētū est calor ignis.

Arguit. Nos distinguiſ res penes actōnes t̄ p̄prietates. h̄z est alia actio caloris ignis et aie. q̄ calor ignis incinerat. calor at aie carniſicat. Dōm q̄ calor ignis p̄t dupl̄ capi. Uno mō absolute t̄ fm̄ se. t̄ sic calor ignis in cinerat t̄ cōburit. Alio mō capiſ fm̄ q̄ est instrumētū alie altioris agētis h̄z aie. t̄ sic p̄t habere altiorē opationē q̄ si p̄ se ageret t̄ sic habet carnificare. Lūcem p̄iungit aie vegetatiue q̄ ē forma p̄fectior forma naturali. Et sile est in artificiab⁹. q̄ securis fm̄ se accepta nō facit dōm̄ sed si p̄iungat artifici tūc p̄t facere dōm̄.

## Quoniam autē ea

Postq̄ Aresto. p̄misit quedā necessaria q̄ exp̄gitur ad intelligendū determinatōes de aia vegetatiua. Hic p̄nr. p̄sequit determinatōes de p̄te vegetatiua. Et primo determinat de obiecto. Scđo de opationib⁹. Tertio de potentiis. Et hoc facit h̄nta ordinē p̄misit. Dicit ḡ p̄mo q̄ potētia vegetatiue d̄rit ab alijs potētias q̄ circa alimentū sunt. iō prio determinadū ē de alimēto. quo ad h̄ em̄ s̄i circa alimētū esse cōueniunt oms potētiae aie vegetatiue. Et dicit Aresto. in teetu q̄ sunt eedem pōne aie nutritiue t̄ generatiue q̄d est veruz fm̄ genus. q̄ h̄t idē obiectus fm̄ gen⁹ sicut infra patebit.

## Widetur autem ali

Hic Aresto. p̄sequit determinationē de alimen‐to. Et p̄t tria que alimēto p̄ueniunt. Unuz ē q̄ alimen‐to est h̄riuz alito. Et hoc ideo q̄ alimen‐to cōvertit in subaz aliti. S̄i ois mutatō fit de h̄rio in p̄trariū. Scđo p̄ditio ē q̄ alimētu est ex h̄is h̄ris que h̄t generatiōes ex seinūce. Sunt ei aliq̄ h̄ria q̄z viuū nō generat ex alio. s̄ic sanuz nō generat ex laborāte. d̄it ḡ mītrita ecē talia q̄ p̄t generari ex suo h̄rio. Tercia cōditio ē q̄ alimētū d̄z facere augmentatio‐ne in alito. q̄ augmentū spē sequit nutritiōne

## Secundus

capiendo augmentū cōiter. Addit Aresto. q̄ aliq̄ sunt que h̄t ex seinūce nutritiōne sic q̄ vnu nutrit alitem t̄ ecōtra. t̄ sic p̄t esse idez ali‐mentū t̄ alitū respectu diuersorū sicut in aiali bus homo p̄t esse alimētū lupi t̄ eō. sed in q̄ busdaz hoc nō p̄tingit. q̄laqua alit ignē h̄z ignis nō alit aqua. Et h̄ est in simplicibus t̄ sic apparet q̄ alterū est alimētū t̄ qd̄ alitur.

Arguit. Aqua extinguit ignē ḡ nō nutrit ignē. Dōm q̄ aqua accipit dupl̄. Uno mō vt est simplex corp⁹ t̄ sic aq̄ extinguit ignēz t̄ nō nutrit. Alio mō accipit aqua fm̄ qd̄ est aliqd̄ mītū h̄ns plus de elemēto aque q̄ de alio elemēto vt oleū. t̄ sic aq̄ nutrit ignē. manifeste ei apparet q̄ oleū t̄ piguedo nutrit ignem.

Arguit. Si ignis nutrit ḡ h̄z potētia nutritiū. t̄ sic pōna nutritiū erit i maiatis.

Dōm q̄ nutritō capiſ dupl̄. Uno mō fm̄ q̄ hoc d̄r nutritiū qd̄ cōseruat p̄ nutrimētū idem in numero. t̄ sic maiata nō nutritiū. t̄ in qb⁹ sic inueniēt nutritō i illis etiā regif potētia nutritiū. Exempli grā. Idē homo p̄ nutritōes seipm̄ cōseruat. Alio mō capiſ nutritō impro‐prie fm̄ q̄ p̄ nutritōes nō cōseruat eadē res i numero h̄z in spē. t̄ sic etiā in maiatis inueniēt nutritiū. t̄ talez nutritōes nō oī fieri p̄ pōnāz nutritiūam. Sic em̄ d̄r nutritiū ignis qn̄ sibi apponitūr ligna noua. tūc ei manifestūz ē qn̄ noua ligna apponitūr q̄ nō manet idez ignis in numero sed ē alijs ignis i alijs lignis. Si milis p̄t dici de augmentatione. q̄ qn̄cunq̄ est in aliq̄ augmentatione sic q̄ ipm̄ augmentatione in numero in q̄ d̄r ecē augmentatione h̄ est p̄ pōnāz augmentationiā. h̄z qn̄ p̄ appōez alijs nouis s̄e fit augmentatione talē est in no viuentibus. s̄e ē alijs ge‐neratō in viuentib⁹ t̄ i non viuentib⁹ sic dcm̄ est

## Dubitatiōne autē

Postq̄ Aresto. posuit cōditōes alimenti. cōle queni mouet vnu dubitatōe de alimēto. Et ē hec. An silē alat p̄ silē. i. an alimētū sit simile alito vel dissilē. Et obiectit Aresto. ad vtrāq; p̄ tē. Scđo soluit. P̄rio arguit q̄ sic. Et statio i hoc. Silē augēt per silē. q̄ silē alit p̄ silē. Ans p̄baſ. q̄ augmentatione fit p̄ hoc q̄ aliqd̄ aggene‐rat illi qd̄ augmentatione. sed qd̄ aliqui aggenerat est silē illi cui aggenerat. p̄na t̄. q̄ ad oēm nu‐tritōes seq̄tūt augmentatione q̄ postq̄ res nutrita est. est maior q̄ p̄us fuit.

## Allis autē sicut dī

Hic arguit ad oppositā p̄tem duabus rōmib⁹. Quān prima ē. Q̄mis mutatō ē de cōtrane

in contrarium s<sup>i</sup> ipm alimentū mutat in substatia aliti. ergo est contrarietas int̄ alimetum et alitum. Maior p<sup>r</sup>. v. phoz Minor pbatur qz oportet alimētū decoq p calorē stomachi et alioz mēbroz. Scđa rō c. Qis passio fit a contrario. qz sic p<sup>r</sup> Aresto. pmo de generatōe. si le non patitur a sili s<sup>i</sup> a contrario. s<sup>i</sup> alimētū patitur ab eo qd alitur. g alimētū ē contrariuz alito. h<sup>i</sup> se ergo alimētū ad alituz sic materia ad edificatore. qz sic materia patitur ab edificatore ita alimentum ab alito. sed pprie edificator non patitur sed ducit de ocio ad actum.

## Mtruz autem alime

Hic solvit questionē pri<sup>r</sup> morā. Et vult qz qlibet illaz opinonū h<sup>i</sup> aliqd veritatis. capitur enī alimētū duplī. Uno mō quādo in principio cōngis alito an decoctione. et tunc alimētū est cōtrarin alito qz h<sup>i</sup> in se aliqs qlitates qz oportet expelli anqz vniat alito. Ellio mō capiē alimētū fm qzā decoctū est p calorē naturalē et pparatū conformū ad dispoes aliti. et sic alimētū est simile alito. qz tunc habet cōformes qlitates.

Arguitur. Substātie nihil est contrariū. g alitū nō est cōtrarin alimētō. Dōm qz substātie capiūt duplī. Uno mō fm suū ēē p̄cise substātie. et sic substātie nō est aliqd cōtrarium. Ellio mō capiūt substātie fm qlitates qz in eis sunt. et sic substātie est aliqd contrariū. sic enī dic Aresto. scđo de generatōe qz elemēta sunt contraria. qz qlitates que in eis sunt sunt cōtrarie.

## Quoniam autem ni

Postqz Aresto. determinauit in generali de alimento cōseqnētē determinat de alimento in spēali fm qz sc̄ puenit diuersis potētys et opatōib<sup>r</sup> ipi<sup>r</sup> aie vegetatiue. Et pmo quō est obiectū pōne nutritiue. Scđo quō est obiectū pōne augmentatiue. Tercio quō pōne generatiue. Intendit ergo qz obiectū pōne nutritiue est alimētū fm qz pōna animati. Et hoc pbatur sic. qz i potētys actius tale est obiectū in pōna qlis est ipa potentia actiua in actu. S<sup>i</sup> ipm viuēs hns potētia nutritiua est actu aiatu. ergo etiā ei<sup>r</sup> obiectū erit alimētū fm qz pōna aiatum. Circa maiōz cōsideranduz ē qz est dōra inter pōnas actiua et passiuas qz potētia actiua ducunt ipm obiectū ad hoc qz obiectū fiat file pōne. Exempli grā. pōna nutritiua qz est actiua facit nutrimentuz qd pōna est aiatu ēē actu aiatum. S<sup>i</sup> in potētys passiuis obiectū dicit pōna ad

actuz. et iō tale est obiectū in actu qlis ē virt<sup>r</sup> in pōna. Exempli grā. Ulius est talis pōna qz lis est color in actu.

## Est autem alterum

Hic Aresto. oñt quō alimētū ē obiectū pōne augmentatiue. Et vult qz alimētū fm qz est aima tuz qz tuz ē obiectū pōne augmentatiue. Dōm sic p<sup>r</sup> qz alimētū ē alterz fm qz in se h<sup>i</sup> substātie et b<sup>i</sup> qz in se h<sup>i</sup> aliquā qz titatē. Scđo ei qz i se h<sup>i</sup> ali quā substātie sic ē obiectū pōne nutritiue qz mutat alimētū in substātie aliti. Scđo at qz i alimētū est aliqd qntitas sic p̄tinet alimētū ad pōna. Augmentatiua sic ē obiectū. qz sic augmentat ipm alituz et iō nutritiū no sp se h<sup>i</sup> ad alituz ut obiectū pōne augmentatiue. qz oportet sp viens nutriti. sed no semp augmentari.

## Et generationis

Hic p̄n oñt quō alimētū est obiectū pōne generatiue. Et vult qz alimētū fm qz est factiū filis in specie est obiectū pōne generatiue. Et hoc iō qz p̄ generatiōnē nō p̄t aliqd seipm ge nerare sicut aliqd alit seipm et augmentat seipm. Sed oportet qz p̄ pōnam generatiua generat̄ aliq alia substātie. qz nihil generat seipm sed saluat. qz dum aliqd est. nō generatur. sed tunc generat qz nō est ergo oportet dicere qz alimētū fm qz est factiū simil in specie sit obiectū potentie generatiue.

Arguit. Hoc qd est factiū simil in specie nō est alimētū pbatur qz est supflū alimēti si ue semē. ergo nō est alimētū. Dōm qz virt<sup>r</sup> semialis qz est factiū similis in spē accipit duplī. Uno mō fm suā p̄pria naturā. et licē alimētū. qz illa materia sicut p̄us dictū est i sua natura sicut disposita qz suiss z iuncta cui libet pti animalis. qz est materia tercie digestionis et vocat fm medicos chilus. Ellio mō accipit h semē ex ordinatōe nature et tunc dō supflū alimēti. qz naē segregat illā materiā ab alia materia que est nutritiū fm qz h sic p̄us dictū est

## Quare huiusmodi

Postqz determinauit de obiecto pōna vegetatiua. Hic p̄n determinat de iplis potētys. Et diffinit pōnam nutritiū. qz ex illa diffinitōe facilis p̄t haberi diffinitio augmentatiue et etiā generatiue. Potētia nutritiua est potentia potens saluare suum obiectū fm qz huiusmodi. sicut enī dictū est. pōne diffinit p̄ act<sup>r</sup>. cū ergo actus pōne nutritiue sit cōseruare individuū ideo pōna nutritiua sic bene diffinit. Et ex illa

Differat pōna nutritiua

# Liber

Difinitio ponit augmētationem  
Difinitio ponit generatiū

diffinitio pñt etiā dari diffinitōes poñe au/  
gumentatue & generatue. Quia poñā augmē/  
tatione est potētia pñduces sūm subiectū ad tebi/  
ta qñritate. Sed potētia generatiua est potētia  
generans sibi sile fñm qñ hñmōi.

## Alimentum autem

Hic qñ poss̄ aliq̄s obijcere qñ alimētūz saluat  
ip̄m alitū & nō potētia nutritiua. Soluit taci/  
tu dubiū & dīc qñ quis alimētū pñferat ad salu/  
tēviūctis tanq̄z pñparans op̄ vñl' opatōez nutri/  
tōis. ideo absq̄z alimēto nutritō est nō pōt nō  
tm̄ alimētū est pñcipialis causa nutritōis sed  
ipsa aia & poñā nutritiua Circa hoc ponit tria  
que cōcurrunt ad nutritōz Unū est qñ alit. s.  
corp' aiatū. Scđm est qñ aliqd alit. s. alimē/  
tū. Terciuz est alens. s. aia vegetatiua vñl' potē/  
tia vegetatiua.

## Quoniam autem a

Postq̄z Aresto. diffinituit potētias vegetatiās  
Hic pñr diffinit iñpam aiaz vegetatiua Ervult  
qñ aia vegetatiua est qñ est generatiua similiis  
quale est ip̄m generās. Et illā diffinitōez sic p/  
bat. qñ oia a fine appellari iustū est. sed finis si/  
ue finalis pñficio ipsi⁹ aie vegetatiue est gene/  
ratio sibi similiis ergo pōt talis aia vegetatiua  
a tali pñficio diffinitue denoiai.

Arguit. Ista diffinitio pñuenit poñe genera/  
tive qñ illa est generatiua sibi sile qñle est ip̄m  
generās Dñm qñ generare sile qñle est ip̄m ge/  
nerās pñ intelligi dupl'. Uno mō approþate  
sic qñ non pñuenit alicui plus qñ illa opatō. & sic  
generare sibi sile est opatio poñe generatiue qñ  
ei nō pñuenit plus qñ illa opatio. Alio mō acci/  
pit generare sibi sile pñt pñsupponit alias ope/  
tōes s̄z nutritiua & augmētatiua. & sic pñuenit  
aie vegetatiue.

Arguit. Ex hoc seq̄reñ qñ aia reberz diffiniri  
alias opatōes s̄z pñ nutritiua & augmētatiua  
qñ aia vegetatiua est ec pñcipiū illaz opatio/  
nū. Dñm qñ quis aia vegetatiua sit pñcipi/  
um nutritōis & augmētatiōis. diffinitiue tm̄ re/  
noiai a generatōe. qñ pñ generatōz etiā includi/  
tur qñdamodo alie opatōes. sicut poster⁹ inclu/  
dit in se poza. & iō si aia vegetatiua ē pñcipiū  
generatōis etiā pñsupponit qñ sit pñcipiū aug/  
mētatiōis & nutritōis. & ideo diffinit aia ve/  
getatiua pñ generatōez & nō pñ alias opatōes.

Querit. Utz oia a fine appellari iustū sit.  
Dñm qñ sic qñ finis hic in textu significat fi/  
nale pñficioez s̄z a finali pñficio sumit dñna ali/  
cul⁹ rei. a dñna aut aliqd denoiai diffinitiue qñ

## Secundus

Dñna cōplet diffinitōez rei. vt hō nō dñ denoia/  
ri ab aialitate qñ pñfectio generica & nō finali. iz  
debet denoiai a dñna finali. s. a rōnali.

Arguitur. Finis hominis est corruptio ei⁹.  
sed homo nō debet denoiai a corruptione. ergo  
nec a fine Dicendū qñ duplex est finis s̄z cō/  
sumptōis qñ res finaliter pñsumit & a tali fine  
nō debet res denoiai. qñ ex cōsumptōis res tēdīt  
in nō esse sed a nō esse nihil denoiaf. Alii⁹ est fi/  
nis cōsummatōis fñm quē res est consummata  
i. in se plectra p vltimā dñnam & a tali fine iuste/  
res denoiaf. talis āt finis in aia vegetatiua est  
opatio generatiua. qñ nihil generat nisi sit pñ/  
ctū & in se cōsummatū.

## Est autē quo alit

Hic Aresto. exponit hoc qñ pñs dictū est. s. qñ  
calor est id quo aliquid alit & etiā alimētū. Di/  
cēs qñ quo aliqd alit est duplex. Qz s. aliquid  
est mouens & motū sile & est calor. Aliqd ē mo/  
tū tm̄ & est ip̄m alimētū. Ilsa āt aia vegetati/  
ua est solū mouens. Qd sic pbat. quia oport̄  
alimētū prius decoqui p calorē. & ideo mouet  
calor ab aia vegetatiua & mouet nutritiū alterando ip̄m  
Circa qñ sciendū qñ ad nutritiū quattuor cōcurrunt s̄z aia vegetatiua que  
est pñm & pñcipiale pñcipiū nutritōis. Deinde  
cōcurrunt poñā vegetatiua que mouet ab aia ve/  
getatiua Deinde poñā vegetatiua mouet calorē  
naturalē. & calor naturalis mouet nutritiūz  
Unū patz qñ aia vegetatiua est mouēs tm̄. & nu/  
tritiū motū tm̄. & poñā vegetatiua & calorē  
sunt mouens & motū tm̄.

Querit. Ulz oia a fine appellari iustū sit.  
Dicendū qñ sic. Erō est du/  
plex. Prima est. tot sūnt potentie aie vegetati/  
ue quot modis cōtingit obiectū variati ipsaz  
potentiaz anime vegetatiue. Sed hoc cotin/  
git tm̄ trib⁹ modis ergo. t̄c. Maior est nota.  
qñ poñā distinguit p actus & obiecta Minor  
pbat. qñ alimētū qñ est obiectū aie vegetatiue  
accipiē tripl'. Uno mō vt potentia aiatū. & sic  
est obiectū poñe nutritiue. Alio mō vt est potē/  
tia aiatum qñtuz. & sic est obiectū poñe augmē/  
tatiue. Tercio modo accipiē fñm qñ est factiū  
similis i spēz sic est obiectū potētiae generatiue  
Scđa rō qñ aia vegetatiua est aia copis viue/  
tis. tot ergo necesse est esse poñas in aia vegeta/  
tiua quot contigit esse opationes copis viue/  
tis. qñ ppter opationes ponunt potētiae in ali/  
qua aia. Sed est triplex opatio. Prima est p  
quā acq̄rit esse & illa plectat ad potētia genera/  
tiua. Scđa est p quā conseruat se in esse. & illa

15. 15. 15. 15.  
15. 15. 15. 15.  
15. 15. 15. 15.  
15. 15. 15. 15.

## De

xxxv

## Anima

spectat ad potentiam nutritiua. Tercia est per quam dicitur ad esse perfectum et hoc sit per potentiam augmentatiua.

